tias referentis. Vltima.

Narrat beatus Hieronymus uitam quam tenuit in eremo.

Qui fui ſacræ fidei coruſcans
Lumen: & Chriſti modulatus hymnos
Muſa ſtridonis referas alumni
Carmine laudes
Sæpe deſertis regionis oris
Solis exuſte radiis: putabam
Victor excelſæ ueterum triumphis
Vrbis adeſſe.
Aedibus luci reſidens in arctis
Solus & mœrens lachrymans gemenſq;
Pauperis duxi miſeranda mœſtus
Tempora uitæ
Horruit duro cutis hæc amictu
Facta deformis ueluti uirorum
Quos calor phœbi recoquens calentis
Arſerat ingens
Semper orantis gemitus ocellis
Cordis eximo lachrymæq; ſurgunt
Cum ſubit Chriſti crucis illa mortis
Impia pena
Præbuit tellus requiem cubilis
Nuda perduri uolitans perumbrans
Quando nocturnas tacite ſubintrat
Lumina ſomnus
Linquitur fontis gelidus in undis
Me ſitis quando cruciat: fameſq;
Pellitur fœtu næmoris ſilentis
Arboris altæ
Me næmus uidit comitem ferarum
Antè quæ noſtros iacuere greſſus
Supplices omni feritate mirum:
Me duce pulſa
Hic ubi ruptos reſidere colles
Cernis: & ualles ſtrepitu carentes
Feruor eſt nobis ſuperos in omnes
Viſus ineſſe
Languidus ardor ueneris furentis
Igne furtiuo populatur artus
Quem fames poſtq̃ nequiit: redemptor
Expulit ignem
Iunximus noctes memini diebus
Cum meum ſaxi miſerum ſubegi
Ictibus pectus: dominiq; ceſſo
Poſt modo iuſſis
Cellulam noſtri metuens petebam
Antra deſerti: locus ima uallis
Aptus oranti fuit: atq; celſi
Aſpera montis
Fletibus mundis lachrymiſq; fuſis
Dumq; diuinis oculi coherent
Teſtis eſt Chriſtus: ſuperum uidebar
Affore turmis
Sum pedes ſtratus domini ante ſacros
Sæpe qui noſtris madidi fuere
Fletibus quos hi ſtuduere cani
Tergere crines
In deum poſtq̃ poſitus quieuit
Feruor: & ceſſit requiem labori
Plura conſcripſi memoranda: quorum
Milia cernis
Scripta quæ priſcis fuerant libellis
Barbaris lingua cecini latina
Vt forent cunctis monumenta patrum
Cognita ſæclis
Hæc fuit uaſtæ regionis aruis
Vita: quam Chriſti colui timore
Poſt ſenex uictum ſcelus omne fœlix.
Aſtra ſubiui
Conditi ſacre cineres fuerunt
Virginis templo: miſeranda tellus
Sancta dum pœnas luit & ruinæ
Subditur hoſtis
Qua pius princeps tumulor ſub aram
Gratia donat ueniæ perhennis
Cuius eſt dignus meriti uiator
Criminis expers
Mira quæ fecit referunt uetuſti
Codices ieſus tribuens honori
Nominis noſtri: ueneranda totum
Iure per orbem
Principi laudes ſuperum canamus
Incolo cuius meritis olympum
Cuius & fuſi cruce nos redemit
Sanguinis imber
Qui legis noſtræ documenta uitæ
Vt tuis mundi præcibus redemptor
Annuat: ſupplex pia uota fundam
Tempus in omne

DLæroſq; nimirū illuſtriuꝫ uiros nō ambigo noſſe: quo natꝰ: qbuſq; doctoribus: qbuſue eruditus ſit litteris quo deniq; qeſcat ſanctus Hiero. loco. Verūtamē qbus nō uacat: uel legere plurima nō ualēt: hoc ſi uoluerint opus: cōpendioſa breuitate poterūt ſcire. Beatus igit̄ Hiero. nobili genere ortus: patre uero Euſebio noīe oppido Stridonis: quod a Gothis euerſum Dalmatiæ quondam Pānoniæq; cōfiniū fuit Cōgrue ſcilicet Euſebio generatus eſt patre. Euſebius nāq; Attice: Romanæ uero dicit̄ Pius. Hiero. quoq; Aeolice. Latinæ oīno ſacra lex intelligit̄. Iure igit̄ Hiero. i. ſacra lex de pioꝰ gignitur patre: ut ſtudioſo eius labore ex hebræoꝝ ſcriptis abſq; ſcrupuloſitate alma pateret lex: quæ hūana generi ſua auſteritate remota piū ac ſacrū miſericordēq; patrē nūciaret uenturū. Qui cū dudū inter pueritiam adoleſcētiāq; incederet medius: inſtinctu tactus cœleſti: affinibus cunctis cēſuq; paterno relictis: ut pfectus euāgelii imitator quiſſet exiſtere: ingreſſus nauē: aura flāte ſecūda: ad limina ſublimiū apſoꝝ petri & pauli diuina diſpēſante clæmentia Romanā adiit urbem. In qua uidelicet litteris græcis & latinis diligenter apprime eruditus. Xp̄i ueſtē ſuſcipiens. Preſbyter quoq; Cardinalis ibidē eſt ordinatus. Nā ut inexpugnabilē ſuæ eccleſiæ dñs murū cōtra pfidos demēteſq; hæreticos erigeret: huic uiro in litteraꝝ ſtudiis plæriq; cathegetæ: id eſt p̄ceptores fuere. Donatus nempe artigraphus Romanis eū imbuēs ælemētis: liberaliūq; artiū ſapore ſufficiēter replēs magiſter extitit illi. Sicut ipſe in Cronica ſua meminit: dicēs. Victorinꝰ rhetor: Donatus Grāmaticus magiſtri & p̄ceptores mei Romæ inſignes habebātur. Gregoriū nāq; naziāzenū ut idē in tertio explanationū eſaiæ refert libro Diaſculū: id eſt magiſtrū ſuū eſſe teſtat̄. Nā cum in p̄dicto ꝓpheta ad eū uenīſſet locū in quo de Seraphin qddā debuiſſet exponere lta intulit: dicēs. De hac uiſione ante annos circiter triginta: cū eſſem Cōſtātinopoli: & apud uirū æloquētiſſimū Gregoriū Naziāzenū p̄ceptorem meū: tūc eiuſdē urbis eccl̄m ſacraꝝ ſcripturarū ſtudiis erudirer: ſcio me breuē dictaſſe ſubitūq; tractatū ut experimētū caperet ingenioli mei: & amicis iubentibus obedirē. Quid uero de huius uiri elegāti īduſtria quā erga latinos & græcos hebræos & arabicos chaldeoſq; in diſcēdo ælemētoꝝ apices habuit: p̄ſtāti⁹ dici pōt q̄ ip̄ius ad Pāmachiū & oceanum miſſa ꝓfitent̄ uerba dicētis? Dū eſſem inq̄t iuuenis miro diſcēdi feruebam amore: nec iuxta quorūdā p̄ſumptionē ip̄e me docui. Apollinarē audiui Antiochiæ frequēter: & colui. tūc cum me in ſcripturis ſanctis erudiret: iā canis ſparge/bat̄ caput: & magiſtrū potius q̄ diſcipulum decebat. Perrexi tñ Alexādriā audiui didymū: in multis ei gratias ago: qd̄ neſciui didici. Putabát me hoies finē feciſſe diſcēdi. Rurſum Hieroſolymæ & Bethleem quo p̄cio Barabanū hebræū nocturnū habui p̄ceptorem Timebat em̄ iudæos: & mihi alterū exhibebat Nicodemuꝫ. Hæc utiq; cōtuli: ut q ſcire cupiūt: noſſe queāt ſicut p̄dixi: quo natus loco: qbuſue tātus uir magiſtris fuerit informatus. Commorante itaq; Hiero. Romæ mentiſq; corporiſq; uirginitatē & delictorum pœnitentiā cuſtodiens: fidelibus p̄dicabat. Multaq; iuxta ſeptuaginta libroꝝ uolumina atq; pſalterium emendauit: apoſtolicæ ſedi Liberio p̄ſidente pōtifice. Eap culdubio tempeſtate Romanum populum p cōſtantiū Auguſtum Arriana hæreſis maculabat. iccirco ergo p̄dictus uir occaſione quam ſemp optauerat acceptа (ut ſuperius eſt dictum) relicta domo: parentibus ſorore cognatis & inclyta ac glorioſiſſima petri corpore urbe corpus: & ſola tm̄ ferēs quæ itineri utilia eē ualuere: una cum bibliotheca quā ſummo ſtudio in p̄fata confecerat urbe hieroſolymā ꝓpter regnum cœloꝝ iuuenis militaturus aduenit. Poſtq̄ uero oē mundanarum litteraꝝ ſtudium adeptus eſt. Probatiſſimorum quoq; monachorū habitum: factūq; imitatus eſt Cupiditatē ſiqdem animi iugi ſinceritate calcās uoluptatēq; corporis perhenni frāgens ieiunio: plæroſq; bonoꝝ religioſoꝝ meliores fore ſuo docuit inſtituto Quodā igit̄ tpe: cum ex more idem Hiero. diuina ad legendū pāderet uolumina: & īmortalē bibliothecæ ſuæ auctorem recordaret̄ Tellium: mox cœlitus natales quādoq; reuolueret libros: ſalutifero caſtigatꝰ eſt uerbere. Ita em̄ ip̄e de ſe ad Euſtochiū ſcribens aſſerit. Cū autem annos plurimos domo parentibus ſorore cognatis: & quod difficilius eſt: cōſuetudíne lautioris cibi ꝓpter cœlorum me regna caſtraſſem: & Hieroſolymā militaturus pergerem. Bibliotheca quaꝫ romæ ſummo ſtudío ac labore cōfeceram: carere nō poterā Itaq; miſer ego lecturus Tullium ieiunabā. Poſt noctiū crebras uigilias: poſt lachrymas q̄ mihi p̄teritoꝝ recordatōe p̄cōꝝ ex imis uiſceribus fluebāt. Plato ſumebat̄ in manibus. Siqñ in memetip̄o reuerſus ꝓphetas legere cœpiſſem: ſermo horrebat incultus. Et quia lumen cæcis oculis non uidebam. Non oculoruꝫ putabam culpam eſſe: ſed ſolis. Dum ita me antiquus ſerpens illuderet: in media ferme quadrageſima medullis infuſa febris corpus inualit exhauſtum: & ſine

ulla requie quod dictu quoq; incredibile eſt: ſic infœlicia membra depaſta eſt: ut oſſibus uix hærerem. Interim parabant exequiæ: & uitalis animæ calor toto frigeſcente iam corpore in ſolo tm̃ repente pectuſculo palpitabat. Cum ſubito raptus in ſpũ ad tribunal iudicis ꝓtrahor: ubi tm̃ luminis erat: & tm̃ ex circũſtãtiũ claritate fulgoris: ut ꝓiectus in terrã ſurſum aſpicere nõ auderẽ. Interrogatus de cõditione. Xp̃ianũ me eſſe reſpondi. Et ille qui p̃ſidebat: Mentiris ait: Ciceronianus es: non xp̃ianus. Vbi eñ eſt theſaurus tuus ibi & cor tuũ. Illico obmutui: & inter uerbera quibus me cedi iuſſerat. cõſcientiæ magis igne torquebar: illum mecum uerſiculũ repetens: in inferno aũt qa cõfitebit tibi? Clamare autem cœpi: & eiulans dicere. Miſerere mei dñe: miſerere mei. Hæc quox inter flagella reſonabat. Tandem ad p̃ſidentis genua ꝓuoluti: qui aſtabãt: p̃cabãtur: ut ueniã tribueret adoleſcentiæ: & errori locum pœnitentiæ comodaret: exacturus deinde cruciatũ: ſi gentiliũ litteraꝝ libros aliquãdo legiſſem. Ego q in tanto cõſtrictus articulo uellem etiam maiora ꝓmittere: deierare cœpi: & nomen eius obteſtans dicere. Dñe: ſi unq̃ habuero codices ſæculares: ſi legero te negaui. In hæc ſacramenti uerba dimiſſus reuertor ad ſuperos: & mirantibus cunctis oculos aperui: tanto lachrymaꝝ imbre perfuſos: ut etiam incredulis fidem facerẽ ex dolore. Nec uero ſopor ille fuerat aut uana ſomnia qbus ſæpe deludimur. Teſtis eſt tribunal illud ante qd̃ iacui. Iudicium teſtis eſt: quod timui. Ita mihi nunq̃ contingat talem incidere quæſtionem. Liuoribus habuiſſe me plenas ſcapulas: plagas ſenſiſſe ꝓ ſomniũ: & tãto dehinc ſtudio diuina legiſſe: q̃to mortalia ante plegerem. Idem igit̃ Hieronymus qd̃ p̃termiſeramus: dum in Romana adhuc eſſẽ urbe: os Damaſi papæ: & ſacre bibliothecæ ſcrutator: diuinoꝝ aſſertor uoluminum: dũ p triennium continuum charus acceptuſq; popularibus uenerarẽt: omniũq; iudicio põtificatu dignus decerneret: ordinatuſq; a p̃fato papa p̃ſbyter Cardinalis: ut ſuperius ſcriptũ eſt fuiſſet: quidam ex clericoꝝ monachorũq; ordinibus ꝓpetulãtia: ingluieq; diſcurſantes: ad effugandum de urbe eundẽ Hieronymum: qui utrorũq; eorũ ſcribens uitia eos deꝓhenderat: inſidias parauerunt. Verũ eñ uero hunc ego fœlicem dixerim: huius fugæ euentũ corrigentis xp̃i iudicio potius diſpenſatum q̃ prauoꝝ hoim pſecutõibus paratum fore exiſtimo. ſcẽ in Romana eccleſia petri inſtituta regimine oim ueteris teſtamẽti librorꝝ xp̃o deo uolẽte & Hieronymo ſpiritali ſtudio deſudãte: hebraicã quoq; haberet uerita-


tẽ: & græcoꝝ quorũdã leuitas: quæ ſibi a deo oẽs ſcripturas diuinitus inſpiratas accepiſſe plaudebat: eos habere: qd̃ ipſa nõ habet: recognoſcat. Igit̃ Hieronymus ut iam dictũ eſt Roma egreſſus: ad orientem tendens ꝓfectus eſt ad Gregorium naziãzenum Cõſtantinopolitanæ urbis eccl̃iæ m: ubi ita pficere ſtuduit ut ſanctarum ſcripturaꝝ ſtudiis erudiret̃: & ſupplex docilis q; diſcipulus adiit p̃ceptorẽ eumq; in Cõſtantinopolitana urbe obſeruabat. Hoc diſcipulatu Hieronym9 ꝓacto in ſyriam prexit: & dum in poſſeſſione euagrii p̃ſbyteri moraret̃. Malchum monachum aliquãdo captiuũ repperit: ꝓcunctatuſq; eum omnẽ eius captiuitatis didicit hiſtoriã: quã poſtea edidit: ſcriptamq; Romanis fidelibus miſit: hæc in iſtius hiſtoriæ inſerens ꝓlogo. Scribere inqt diſpoſui: ſi tñ deus uitã dederit: & ſi uituperatores mei ſaltem fugientem me: & clauſum pſeq deſierint. Ad deſerta deinde loca: ad q̃ oliꝫ ob agendam inibi pœnitentiã ꝓperare cupiebat: ita lætus accĩctuſq; acceſſit: ut uolaſſe euꝫ magis: q̃ꝑ meaſ ſe crederes. Quõ uero ꝓ quadriennium continue xp̃i potius auxilio pœnituerit: idem Hiero. quæ ſponte ꝓtulerit: ipſius dei gratiam affuiſſe huiuſmodi uerbis indicauit: quotiens in eremo cõſtitutus in illa uaſta ſolitudine quæ exuſta ſolis ardoribus horridũ monachis p̃ſtabat habitaculũ. Putaui me inqt Romanis intereſſe delitiis. Sedebã ſolus qa amaritudine repletus eraꝫ horrebãt ſacco mẽbra deformis & ſq̃lida cutis ſitum æthiopicæ carnis obduxerat. quotidie lachrymæ. quotidie gemitus. Et ſiqñ repugnãtẽ ſomn9 iminẽs oppreſſiſſet nuda humo uix oſſa hærẽtia collidebã. De cibis uero & potu taceo. cum etiã languentes monachi aq̃ frigida utanť. & coctũ aliqd accepiſſe: luxuriæ ſit. Ille igit̃ ego q ob gehennæ metũ tali me carcere iꝑe dãnaueram ſcorpionũ tm̃ ſocius & ferarum ſæpe choris intereram puellaꝝ. Pallebant ora ieiuniis. & mens deſideriis æſtuabat. In frigido corpore & ante hoiem ſuũ iam carne p̃mortua ſola libidinũ incendia bulliebãt Itaq; omni auxilio deſtitutus ad ieſu iacebã pedes. rigabã lachrymis crine tergebã. & repugnantẽ carnem ebdomadaꝝ inedia ſubiugabã nõ depudeſco infœlicitatis meæ qn potius plãgo nõ eſſe qd̃ fuerim. Memini me clamantẽ diẽ crebro iũxiſſe cuꝫ nocte. Nec pri9 a pectoris ceſſaſſe uerberibus, q̃ dño increpãte rediret tranqllitas. Iꝑam quoq; cellulã meam quaſi cogitationum meaꝝ cõſciam ptimeſcebã. Et mihimet irat9 & rigidus ſolus deſerta penetrabam. Sicubi concaua uallium aſpera montium uel rupium p̃rupta cernebã ubi meæ orationis locus illud miſerrimæ carnis erga

ſtulū: & ut mihi ipſe teſtis eſt dñs:poſt multas lachry
mas:poſt cœlo oculos inhærētes: nonnunq̄ uidebar
mihi intereſſe agminibus angelorū:& lætus gaudēſq̄
cantabā.Poſt te in odorē unguētorū tuorū curremus.
Quadriēnio itaq̄ dedicatæ pœnitētiæ exacto:ad beth
leem oppidū idē Hiero. remeauit : ubi quaſi prudens
aīal ad p̄ſepe dñi ſeſe cōtulit:qđ ab Hieroſolymis ſex
milibus ſeparat cōtra meridianā plagā.Accedenſq̄
ad eiuſdē urbis pontificē Cyrillum nomine : petiit ut
parrochiæ:quæ Bethleem fuerat ſita: locū ſibi habitā
di tribueret. Cui nimirū mox qđ deuotione popoſcit
digne cōceſſit.Digni etē habitaculi Bethleem adiu
uantibus uiris uicinis catholicis conſtruxit monaſte/
riū.In quo ſtatuta ab apoſtolis regula degens cœpit
qđ olim multū cupierat:cum fratribus habitare:& cū
Euſebio Cremonēſi nobili uiro: cuius poſtulatiōe ex
græco ſermone quandā æpiſtolā trāſtulit in latinum
in quo uere ſciendū:hāc matutinā pſalmodiæ q̄ nūc
obſeruat in occiduis maxime regionibus:canonicam
functionē monaſteriis inſtitutā.Vbi p̄dictus uir ocio
ſus nō fuiſſe credendus eſt:qtm̄ nobis in tranſlatione
diuinæ ſcripturæ præſtitit:ut ad hebræorum fontem
pene nō egeamus accedere:qm̄ nos facūdiæ ſuæ mul
ta cognoſcit ubertate ſatiaſſe:plurimis libris: copio/
ſis æpiſtolis fecit eſſe beatos:quibus ſcribere dño p̄stā
te dignatus eſt.Inter cætera,p̄fecto ſtudiorū ſuorū opu
ſcula:a beato petro ſumēs exordiū de uiris illuſtribus
ſcripſit:imitatus Tranqllū: Græcūq̄ Appollonium:
ubi de ſe ita refert.Poſt catalogū plurimorū me quoq̄
in calce uoluminis quaſi abortiuū & minimū omniū
x̄pianorū poſui:quo mihi neceſſe fuit uſq̄ ad quartum
decimū annū Theodoſii principis:quæ ſcripſeri breuiter annotare.Innumeris p̄terea iſte libris:apoſtolo
rū,pphetarūq̄ cōſtructionibus editis:immobilem ca/
tholicæ turri ecclеſiæ cōtra p̄fidorū iacula cōſumma
uit.Omnes ueteris teſtamenti libros:ex hæbræorū co
dicib9 in latinū cōuertit.Danielē quoq̄,pphetā Chal
daico ſtilo p̄locutū.& iob iuſtū Arabico in Romanā
linguā utrūq̄ auctorē p̄fecta iterp̄tatōe mutauit.Mat/
thæū nihilomin9 ex Hebræo fecit eē Romanū.æp̄la
q̄dē ſuā ad paulinū ex ſenatore p̄ſbyterū mirificā deſti
nauit: docēs quēadmodū ſcriptura diuinas adhibita
cura plegeret:ubi breuiter uirtutē uniuſcuiuſq̄ libri ue
teriſ& noui teſtamēti mirabl̄r ídicauit mirabl̄r plan9
hōeſte doct9:ac dulcis parata copia ſermonū ad quā
cūq̄ partē uertit ingeniū:& undecūq̄ interrogat9 fuiſ
ſet:paratū haberet & cōpetens ſine aliqua dilatione
reſponſum.Modo humilibus ſuauiter blanditur: mo
do ſuperborū colla cōfrīgit:modo derogatorib9 ſuis
uicem neceſſaria mordacitate reſtituens: modo uirgi
nitatem p̄dicans:modo matrimonia caſta defendēs
modo uirtutū certamina glorioſa collaudans:modo
lapſus in clericis:atq̄ monachis prauitatis accuſans.
Sed tamen ubicūq̄ locus ſe attulit:gentiliū exempla
dulciſſima uarietate pmiſcuit.Sed nō erat hoc ſuæ uo
luntatis(ſed ut ita dicā)grauiſſimæ neceſſitatis: ut p/
baret ea:quæ a ſanctis,pphetis ante ſæcula p̄dicta ſūt
tā græcorum q̄ latinorum:& aliarū gentiū litteris cō
tineri:uerum totum explicans:totū exornans : & per
diuerſas diſputationes diſertus ſemp & æqualis ince
dens.Tanta nāq̄ utriuſq̄ linguæ peritia fungebatur
ut quoſcunq̄ libros æolicos in manibus acciperet: la
tinæ ſine offenſione tranſcurreret.Iterum latinos At/
tico ſermōe relegeret:ut crederes hic eſſe ſcriptū qđ
os eius in offenſa uelocitate fundebat . Vere dixerim
catholicam iſtius hominis prudentiam:ſanamq̄ do
ctrinam:quocunq̄ conuerſatus fuiſſet loco ſtabilis p
ſtitit fidei firmitate.Nam certiſſime ignorantiæ inui/
diæq̄ morbo languentes deſipiunt:qui eum deuiaſſe
a catholicæ eccleſiæ:id eſt beatri Petri fide:uel hæreti
cum fuiſſe arbitrantur:quod Euſtochio mandauerit.
Caue quæſo: ne quando & de te dicat deus : uirgo iſ/
rael cecidit.non eſt qui ſuſcitet eam . Vbi ad terren
dos lubricos atq̄ incautos:quia deus iuſtus ſit iudex
ſubdens iſta dixerit doctor:audenter loquor:cū om
nia poſſit deus:ſuſcitare uirginem non poteſt poſt rui
nam.Valet quidem liberare de pœna: ſed non ualet
reformare corruptam. Hoc proculdubio ita dicendo
Non omnipotentiam accipit deo:ſed iuſtum iudicē
manifeſtans aſſeruit.Nam (ni fallor) qualia ſanctus
Hieronymus Euſtochio mandauerit:talia ad Domi/
cillam neptem imperatoris Domitiani admonitiōis
legimus uerba:ſed & ip̄a uerba qua de cā ſint illi,pla
ta:audire grati9 puto.Hæc oīno uirgo Nereū& achil
leū Eunuchos cubiculario habuit : quos beatiſſimus
apoſtolus Petrus lucratus fuerat x̄po.Iſti dū uiderent
dñam ſuā gēmis ornarí:& purpureis ueſtibus: atq̄ au
ro textis indui:dixerūt ei. Quā to ſtudio ornaris ī cor
pore:ut filiū Cōſulis Aurelianū hoīem mortalem ac/
cipias:ſi tāto ſtudio in aīo ornareris: regē īmortalem
dei filium adipiſci poteras ſponſum . Qui etiā teip̄am
æternā faceret:& nunq̄ tibi neq̄ ornamentis tuis neq̄
gaudiis finem permitteret:aut terminum euenire.Re
ſpondit eis Domicilla : & ait . Quæ poteſt eſſe me/
lior charitas : q̄ habere uirum : ſuſcipere filios :
per quos poſt eritas dulciſſima poſſit propagari: &

tam generis dignitatē q̄ memoriā nominis non dele/
re? Cui Nereus respōdit. Melior est uirginitas quæ quā
do de matris tuæ utero existi: tecū nata: tecū lactata: te
cum semp fuit a carnis corruptiōe aliena: quæ est deo
amabilis eiusq; angelis chara: quā ꝓfecto cū quælibet
perdiderit uirgo: huius reatū per pœnitentiā euadere
potest ipsa3 uero integritatem adipisci nequaq̄ ualet
Omnis nāq; sanctitas: dum per aliquā uoluptatē aut
necessitatē amissa fuerit uel quæq; pdita uirtus ad sta/
tum suum uel integritatē: seu ad suā gloriam per pœ/
nitentiæ lachrymas recupari & reuocari potest. Sola
uirginitas si semel perierit: ad pristinæ ītegritatis stabi
litatē ptingere minime ualet. Cūq; Nereꝰ & Achilleꝰ
hæc laudando uirginitatem & alia ꝓferendo: differe/
rent plurima quibus æternā merereť actibus uitā. Do
micilla prudētissima uirgo dixit. Vtinā ad me ista dei
sententia puenisset: ut nunq̄ suscepisse3 hoīs mortalis
sponsionē. Nūc uero quia uobis deus aperuit os ad lu
crandum animā meā quicquid me facere uultis: acce
lerate q̄totius. Quid multa? a sancto clæmēte papa cō
secrata Aureliano spōso cōcepto ob hoc in Pontiana
exultata ē īsula. Inde Terracinā adducta: nolēsq; ido/
lis sacrificare: cū Eutrusina & Theodora sponsis Sul/
pitii & Seruiliani: a Luxurio fratre Aureliani igne cre
matæ: palmā suscepere martyrii: quas sanctus Cæsa/
rius diaconus qui etiam postea & ipse a predicto Lu/
xurio est martyrizatus in sarcophago nouo simul cō/
dens sepeliuit. Hæc ideo: scilicet non fuerat hic tm̄ ne/
cesse loqui. Addidimus tamē quia pene quod Nereus
prudētissimæ uirgini Domicillæ dixerat uirginitatem
perditam de reatu posse per pœnitentiā uenīā conse/
qui: nequaq̄ tamē ualeret fieri uirgo: sicut fuerat priꝰ
Hoc sanctus Hieronymus Eustochio ad meliora stu/
duit hortādo mandare cum oīa possit deus: suscitare
uirginē nō potest post ruinam Quid em̄ est hic aliud
posse: q̄p non uelle quod nonnullis aliis dici poterat
uerbis per quendā nanq; sapientē dicitur deo. Tu aūt
dominator uirtutū cū tranquillitate iudicas & cū ma
gna reuerentia disponis. Subest em̄ tibi: cum uolueris
posse. Ergo ubi non est uelle dei: deest posse. Deus q̄p
pe ut immutabilis est naturæ: ita immutabilis est uolū
tatis: & utiq; cū sit uerax & iustus nō illum mendaciū
neq; iniusticia decet quia sicut nō ualet mētiri: qui est
ueritas: ita iniustus esse nō pot: hoc est nolens iniuste
facere quicq̄. Nā omnia teste ꝓpheta quæcūq; uoluit
dn̄s fecit in cœlo & in terra omniaq; eius iudicia iusta
Dum igitur niteremur ostendere: qđ nolēte deo fieri
nō ualet: & ut ueridico eximioq; doctori: cui quoad u i
ueret in oī sciētia se cōparare nemo audedat: usurpa/
ret uaniloquiis detrahere quispia3: cœpto ab ordine
lōgius sumus digressi. Verūtamen qualis q̄ntusue uir
iste fuerit: solius sancti Agustini testimonio qui uelit
plenius cognoscere ualet. Nā cum in libro primo quē
cōtra errorem Pelagianoꝝ scripserat: qui nuptias si/
ne dubitatione dicebant damnari quod uero in eis
nascereť ab omni esset liberū obligatōe peccati. & cuꝫ
plurimos cōtra huiusmodi pestiferuꝫ dogma catholi
cos introduxisset testes ita intulit dicēs. Nec sanctum
Hieronymū quia presbyter fuit cōtemnendum arbitre
ris qui græco & latino insuper & hebræo eruditus elo
quio ex occidētali ad orientalē transiens eccleśiaꝫ: in
locis sanctis atq; in litteris sacris usq; ad decrepitā ui/
xit ætatem cuius nobis eloquiū ab oriente in occiden
tem ínstar solis lampadis resplenduit. Omnes deniq;
uel pene omnes qui ante illuꝫ aliquid ex utraq; orbis
parte de doctrina eccleśiastica scripserant: legit: nec
aliam de hac re q̄ prædixit tenuit, pmpsitq; sententiaꝫ
Qui cum exponeret Ionam ꝓphetam aptissime dixit:
q; etiam paruuli peccato offensionis Adæ tenerentur
obnoxii. Hæc Augustinus in prædicto libro. idē itaq;
Hieronymus cōtra Celsum Porphiriū: & iulianū Au/
gustum rabidos aduersus Christū canes: & cōtra inse
ctatores eccleśiæ: uel eoꝝ qui putant eccleśiaꝫ nullos
philosophos & eloquētes habuisse doctores magno
desudauit ingenio: ut sciant quales & quanti uiri eam
fundauerint extruxerint: atq; ornauerint & desinant
fidem nostrā rusticæ simplicitatis arguere suāq; potiꝰ
imperitiā recognoscere innumeris p̄terea libris apō/
rum ꝓphetārūq; cōstructionibus. Et post pauca. Nunc
inquit mysteriū iniq̄tatis operať: & garrit unusquisq;
qđ sentit. Ego solus suꝫ qui cunctoꝝ gloriaꝫ mordeā
Pluribus quippe ait: qui me dicunt hoc opus inflāma
tum inuidiæ facibus scribere: breuiter respōdebo: nūq̄
me hæreticis peperciśse: sed omni egisse studio ut ho/
stes eccleśiæ: mei quoq; hostes fierent. Impossibile est
omnino & longū de isto uiro: eiusq; districtæ uitæ: &
illius moribus retexere oīa. Vnius em̄ miraculi huius
monasterii quodā priscoꝝ simile quod per succedētiū
relatōeꝫ memoriæ nondū religio abstulit: & a religio
sis uiris: qui cœlestis patriæ amore Bethleē fuere huc
est delatū huic cōpēdioso necto sermoni. Quadā nā/
q; die adueśperascēte cū beatus Hieronymus una cuꝫ
fratribus (ut monachis mos est) ad sacram lectionem
audiendam sediśset: & præcepta diuina declararet: su
bito tribus claudicās: quarto suśpensus pede: ingens
leo scenobii claustra ígressus ē. Quo utiq; uiso fratres

perterriti: nōnulli in fugā ſunt: ut eſt met9 fragilitatis humanæ: conuerſi. Sanctus uero Hieronymus ueluti aduentāti hoſpitii intrepidus leonis aduētui obuiauit Qui uidelicet dū ſibi pariter ꝑpinquaſſet: & qa loqui leo ut ſuæ naturæ eſt: minime poterat utcūq; ualuit ꝑ/dicto patri læſi quē habebat pedis obtulit plantā uo/catiſq; tunc fratribus præcepit: ut diligēter læſum ab/luerent pedē inquirētes cuncta: cur leo claudicās iret Quod dū factū ſtudioſe fuiſſent ituiti uulneratā a ſen/tibus inuenerūt plantā leonis. Eiigit cū alimento di ligenter adhibita cura eſſet de leſionis ictu ilico cōua/luit. Omni ergo beluinæ feritatis depoſita rabie: cœ/pit inter eos ultro citroq; quaſi domeſticū & tranquil lum animal pariter cōmorari. Hoc etem beatus Hiero nymus cognito ſic fratrib9 ait: Eia fratres ſtudioſe ad inuicem rogo perpendite: quid huic leoni operis con/grui noſtræ utilitatis addam9 quaten9 ab eo leuiter p fici: & efficaciter fieri poſſit qa certe credo: q; non tm̄ pro ſui pedis ſalute huc illum miſerit deus: qui ei me/deri ſine nobis potuerat: q̄tum ut nobis ſuæ uiſitatōis demoſtraret indicio per hūc noſtræ neceſſitati mirabi liter ſe uelle ꝑbere iuuamē. Tunc ꝑdicti fratres tale cō corditer humiliterq; patri reſponſum dedere dicētes Tu pater bene uidelicet noſti: q; aſin9 qui a ſaltu uſui noſtro ligna deferre ſolitus eſt: cuſtodis ſollicitudine indiget & ne a qualibet ꝑproba heſtia deuoretur: ſatis ueremur. Iccirco ergo ſi tibi placet: & rectum uidetur huic leoni aſelli noſtri iniungatur ſolertia: ut eum ſub ſequens ducat ad paſtum: reducatq; remeans domuꝫ Ita & factum eſt. Nam iniuncta leoni cura aſini more paſtoris induſtrii eundo ad paſtum ſocius inceſſan/ter itineris cura paſcendo ubicūq; defenſor tutiſſimus erat. Verūtm̄ ut ſe cibaret: & aſinus ſolitum perficeret opus. conſuetis ſemper horis cum eo domum redibat Interea dum hæc dilato tempore gererentur: educto quadam die ad loca paſcuæ aſino graui leo ultra mo dum ſomno oppreſſus obdormiuit. Leone nanq; tūc grauiter ſoporato: contigit: ut per eandam uiaꝫ nego ciatores gradientes olei emēdi cauſa pergerēt in ægy ptum: qui ipſum ſæpe uidentes aſinum paſcentē: duꝫ neminem uidiſſent adeſſe cuſtodem: iniqua ſurripiēte cupiditate rapientes: ſecū duxerūt. Expergiſcens itaq; leo qd ſibi dāni accidiſſet neſciēs: ut reqreret tamē pa ſcentē quē cōmiſſum habuit: ire cœpit q cū ſolito non appareret ī loco paſcēdi cōſtrictus de crimine leo mœ ſtitia anxius rugiēdo aliq̄ parte diei huc illucq; ibat q̄/rens quē pdiderat. Sꝫ cū iā oīs repiēdi aſini ſpes fuiſ/ſet ablata ad monaſterii ianuā ueniēs pſtitit. Cōſcius eī culpæ nō auſus eſt ingredi qd̄ prius cū aſello ſole bat. Quē beatus Hieronymus una cū fratribus uidens ad cællæ fores morari: & qa non ſolita hora fuerat re uerſus inſtigāte famis neceſſitate compulſum putaue runt eū occidiſſe animal ſuū: nolēteſq; ei tribuere an/nonā conſuetam dicebāt. Vade & reliquum aſelli qd̄ tibi remāſit mande: tuamq; ingluuiem reple. Et licet hæc illi dicerent: tamē incerti utrum hoc mali: an nō is ꝑpetraſſet. Quapropter exeuntes fratres ad loci paſcua: quo iā præfatū animal deducere leo ſolitus erat longe lateq; peragrātes ut quoddā mortis indiciū po tuiſſent inuenire qui nullū interemptionis eius ſignū reperiētes redeūtes ſtuduerunt hoc beato Hieronymo nunciare. Quo audito ait fratribus. Obſecro uos fra/tres q̄ꝑ q̄ꝑ ſuſtineatis aſini dānū: hūc tamen ne exaſpe/retis: neq; abiiciatis leonem: ſed eum ut duꝫ gubernā tes: ꝑbenteſq; alimēta nutrite: incidenteſq; in nemore ligna ut ea uice aſini nobis huc trahēs deferre ualeat moderate nectenteſq; ligatæ. Ita & factū eſt. Cum ſibi opus tunc nexū crebrius gereret & iam redeūdi tp̄s ne gociatorum adeſſet: Expleto die quodaꝫ opere: q̄uis animal brutum: diuinitus tamen utputo admonitum exiens iuit ad agrum. Huc illucq; diſcurrens gyrando noſſe plenius cupiens quid fuiſſe de ſocio ſuo factum Qui fatigatus iam nimium: quandoq; ad duplicis iti/neris locum deuenit ſublimen. Quod dum anxius ut poterat circunſpiciendo proſpiceret: cernens procul uenientes cōtra ſe homines: cuꝫ onuſtis camelis quoſ ꝑcedens aſinus ueniebat: ſꝫ qa ualde procul erat hūc cognoſcere minime potuit: tamē pedetentī ſe illis ob uiam obtulit. Mos quippe illi dicitur eſſe regioni: ut quotiens cum camelis longius proficiſcuntur totiens antecedente aſino funem camelorum geſtante collo ſubſequantur cameli. Nam dum prædicti itinerantes id eſt negociatores appropinquaſſent leoui: ille co/gnito aſino ſæuuꝫ rugiens: cum ingenti ſtrepitu irruit in eos. Neminem nempe ledens eorum. Qui omnib9 ſtatim relictis: dementeſq; ut dignum fuerat effecti: in fugam conuerſi ſunt. Quibus uidelicet fugientib9 ter ribiliter rugiens leo percutiebat cauda fortiter terraꝫ perterritoſq; camelos ſicut erant onuſti ante ſe ad cel lam ire coegit. Inſolitā ergo rem fratres uidētes: q; ꝑ/cedēs aſinus ſarcinatiq; ī medio eameli & ſubſequēs eorum terga leo pariter ueniret mox exeūtes modeſte curauerunt beato nunciare Hiero. Quo audito foras egrediēs ianuas monaſterii patefieri iuſſit benigne: ſū mūq; ſilētiū īpauit dicēs: Hoſpitibus noſtris. i. camelis uel aſino auferētes ſarcias eos leuiate pedeſq; abluite

eſcas p̃bete expectantes quid in hoc facto ſuis uolue/
rit dñs ſeruis demõſtrare. Omnibus deniq; quæ erga
camelos fuerãt iuſſa peractis cœpit leo ut dudum huc
atq; illuc gratulabũdus p̃ clauſtra monaſterii ire: ſin/
gulorum ſe fratrum ueſtigiis ſternens: & quaſi de per
petrata quã non fecerat culpa: alludens cauda ueniã
poſtulabat. Quo uiſo fratres pníam agentes: q; ei cru/
delitatis cõtuliſſent crimen: dicebãt: Ecce paſtore; no
ſtrum que; paulo ante uoratorem crudeliter dãnaba
mus: cum q̃to eum præconii miraculo: ut huic crimen
auferret ad nos dignatus eſt mittere dominus. Beatus
ergo Hieronymus futurorum præſcius ſic fratribus ait
Parati eſtote fratres in his quæ uſui refectiõis ſunt ne/
ceſſaria: ut hii qui nobis ſunt futuri abſq; moleſtia ut
dignum eſt hoſpites ſuſcipiantur Mox utiq; imperata
ſubſecuti ueloci quæq; obedientia ſunt expleta. Pera/
ctis quoq; iuſſis: Sermocinantibuſq; cum beato Hiero
nymo fratribus ſubito uenit nuncius qui diceret ante
monaſterii fores hoſpites adeſſe qui cœnobii patrem
uellẽt uidere. Hoc ſæpe dictus pater audito portas cel
læ patefieri eoſq; ígredi iuſſit qui q̃uis uocati erubeſcẽ
do tamen introeuntes: uiſoq; beato Hieronymo eius
ſe proſtrauere ueſtigiis pro culpa ueniam poſtulantes
quos ipſe clæmenter eleuans admonuit: ut ſuis cum
gratiarum actione utentes rebus alienas tangere non
uſurparent ac deinde ſub dei præſentia caute uiuerent
ſemper. Qua nimirum prædicatione explicata præce/
pit ut reficerentur receptiſq; camelis abirent. Tunc il/
li una uoce pariter dixerunt: Obſecramus pater: ut ad
eccleſiæ luminaria neceſſitatemq; fratrum dimidium
liquoris olei: quod attulerũt cameli ſuſcipi iubeas qa
ſctmus: & certi ſumus q; plus propter ueſtram q̃ p̃ no
ſtra utilitate: ut negociaremur perreximus in ægyptu;
Quibus beatus Hieronymus ait. Non recte proculdu/
bio poſtulatis quia ualde durum uidetur: ut nos qui
aliis cõpati aliorumq; neceſſitatem ſubleuare dantes
debemus: uos grauemus: ueſtra quibus nõ indigemus
tollentes. Tunc illi neq; inquiunt hic cibum neq; quæ
noſtra ſunt accipiemus: niſi quod popoſcimus prius
iuſſeris fieri. Ita ſicut prediximus nunc dimidium qd̃
attulerunt cameli olei liquorem ſuſcipiatis: & dein/
ceps pollicemur nos noſtroſq; hæredes uobis ueſtriſ/
q; ſucceſſoribus omni anno olei menſuram hinc eſſe
daturos: Sicq; conſtrictus beatus Hieronymus coactuſ
q; eorum præcibus uiolentis quæq; rogauerant imple
ri præcepit. Sumpto quoq; cibo ac benedictione ca/
melis accepta exultãtes glatulanteſq; ad p̃pria reme
are. Hæc aũt Bethleẽ acta: & ab incolis locis illi9 ha
ctenus aſſerendo ita fuiſſe narrantur. Bethleem uero
locus ſplendidus ciuitas fuit Dauid in tribu iuda: ubi
quondam dominus & Saluator: ut impleretur p̃phe/
tia: Veritas de terra orta eſt in præſepio intra ſpelun/
cam ex uirgine naſci dignatus eſt: & parauulus ua/
giit. Quod præſepe auro argentoq; ornatum: Sicut ſã
ctus refert Antonius. Inceſſanter in eo luminaria ar/
dent: plurimiſq; ſeruorum dei habitaculis undiq; cir/
cundatur. Os enim ſpeluncæ ad ingrediendum om/
nino anguſtum eſt in cuius utiq; ore: id eſt ipſius præ/
ſepii ingreſſu beatus Hieronymus ſaxum ſcalpendo
monumentum ſibi fieri iuſſit. Tanta uero idem corpo
ris laſſitudine fatigatus eſt: ut etiam in ſtratu ſuo iacẽs
funiculo ad trabem ſuſpenſo ſupiniſq; manibus ap/
prehenſo erigeretur: ut ſcilicet officium monaſterii p̃/
ut poterat exhiberet tranſeunteſq; in ſqualore corpo/
ris uociſq; tenuitate dies plurimi fluerent. Dehinc ip̃e
uir beatus in librorũ abundantia fultus dictis ſuis ſan
cto ſpiritu dedicatis ímobilem catholicæ turrim Eccle
ſiæ cõtra perfidorũ iacula conſummauit. Pergũt itaq;
ad uiſitandum conſolandumq; Hieronymu; dum in
labore eſſet itidem catholici ſeniores: Ad beatũq; Au
guſtinum ep̃m ſecum quidem animo eccleſiæ catholi
cæ cooperantem. Corpore autem in Africa ſcribentẽ
ſic inter cætera ſcripſit. Noſtra habuimus tempora: &
cucurrimus q̃to potuimus nunc te currente & longa
ſpatia tranſmittente nobis debet ocium. Igitur idem
beatiſſimus diebus uitæ ſuæ in ſpeciali opere irrep̃hẽ
ſibiliter conſummatis: nonageſimooctauo ætatis ſuæ
anno in dño requieuit. Bethleem eum alma tenet ite/
rum uenturo dño offerendum. Dormiuit autem bea/
tus Hierony. anno imperii Theodoſii iunioris duode
cimo. imperante utiq; illo: cuius anni nec inchoãtur
nec finient. Qui uiuit & regnat per immortalia ſæcu/
la ſæculorum. Amen.



Liber Epistolarum Sancti Hieronymi Primae Partis.



Sancti celeberrimi quæ ecclesiæ doctoris sancti Hieronymi æpistolarum Liber fœliciter incipit.

Tractatus beati Hieronymi de essentia Trinitatis & membris domini: Cuius effectum subiectum indicat argumentum.

DEum trinum in personis: inuisibilem: incorporeum: incomprehensibilem: immẽsum: immutabilem: simplicem: & immortalem docens infert. Cuncta quæ in scripturis uel de motibus animæ uel de humanis membris tradunt in deo non carnaliter sed spiritualiter & figuraliter intelligenda: singulariter in mẽbris & motibus dei: in scripturis tradita: mysticum & spiritualẽ sensum exponens. Aepistola I

A OMnipotẽs deus pater & filius & spũssanctus: unus atq; trinus: unus uidelicet in natura: trinus in personis: solus inuisibilis: solus immẽsus atq; incompræhensibilis: solus incircumscriptus solus incorporeus: & immortalis: ubiq; præsens sed latens. ubiq; totus sed immensus. Inuisibilis est: quia in essentia sua uideri non potest apostolo testante qui ait. Quem uidit nullus hominum: sed nec uideri potest. Et in euangelio. Deum nemo uidit unq̃. Incorporeus est: quia nullis membrorum linea mentis compositus est siue compactus existit: sicut ueritas in euangelio dicit. Spiritus est deus: & qui adorat eum: in spiritu & ueritate oportet adorare. Immẽsus est: quia quantitas eius uel qualitas a nullo metiri potest. Cui Salomon in sua oratione supplicãs ait. Si cœli & cœli cœlorum te non capiunt: quanto magis domus ista quam ædificaui? Incircumscriptus est: quia circunscribi non potest. Illocalis est: qa de loco ad locum nequaq̃ transit: nec quolibet detinetur: ipso de se per Esaiam testimonium perhibente Cœlum sedes mea est: terra scabellum pedum meorum. Et per Hieremiam. Cœlum & terrã ego impleo Cuius immensitatem propheta in psalmis confitens ait. Si ascendero in cœlum: tu illic es & cetera. De cuius immensitate adhuc in libro iob scriptũ est. Excelsior cœlo est. Et unde agnoscis? Lõgior est terra. Immensitas eius latior est mari. Qui cœlum & terrã implet. proculdubio nullus locus est eius præsentia absens. Super omnia quippe est regendo atq; imperando: subtus est omnia sustinendo atq; portando: non pondere laboris: sed infatigabili uirtute. Immutabilis est: quia ab eo quod est omnino mutari non potest: ipso dicente per Malachiam prophetam Ego dominus & non mutor. Ideo deus immutabilis dicitur: qa misericordia eius ira furor pœnitẽtia obliuio recordatio & alia his similia ei non accidũt. Simplex em̃ natura est & immutabilis. & ĩperturbata: neq; aliud est ipse & aliud quod habet: sed ipsum est quod habet: & quod est immortalis est: quia mori non potest apostolo dicente. Qui solus immortalitatem habet: & lucem habet inaccessibilem: quem uidit nullus homo: sed nec uideri potest. Vbicunq; autez sacra scriptura sparsim per diuinos libros ĩ deo motus animæ seu humana membra describit. id est caput capillos oculos palpebras aures nares os labia cor linguam. imaginem uterum manum dexteram manum sinistrã digitos siue digitum alas scapulas posteriora pedes. Itẽ motus aĩæ irã furorẽ obliuionẽ pniam recordationẽ: & his silia nõ carnaliter iuxta historiã a recte ĩtelligentibus sumenda sunt: sicut a iudæis & plæriscq; hæreticis carnaliter sapientibus? qui deum corporeum atq; localem opinantur: sed spiritualiter omnia de eo intelligenda & contuẽda sunt. Si quis em̃ deo humana mẽbra seu motus animæ more humano inesse credit: proculdubio in corde suo idola fabricat: Cum ut dictum est figuraliter in deo caput legimus ipsam essentiã diuinitatis eius quæ omnia præcedit: & cui omnia sunt subiecta intelligere debeam9. Capillos uero capitis eius sanctos angelos seu uniuersos electos accipi oportet. De quo quidem sacramento in libro Danielis scriptum est. Aspiciebam donec throni positi sunt & antiquus dierum sedit: uestimentum eius quasi nix candidum: & capilli capitis eius quasi lana mũda. Hoc enim significat per uestimenta candida dei: quod & per capillos capitis sui: eius sanctos uidelicet angelos & multitudinem sanctorum dealbatorum. Vel certe ideo capilli eius lanæ mundæ comparantur ut per hoc antiquus dierum credat esse. Oculos deus dicitur habere: pro eo q̃ omnia uidet & nihil eum latet. In cuius conspectu ait apostolus. Nulla creatura iuisibilis est: omnia em̃ nuda & apta sunt oculis eius Aliter em̃ oculi respectu gratiæ eius ĩtelliguntur: ut est illud in psalmo. Præceptum dñi lucidum illuminãs oculos palpebræ domini occulta & incompræhensibilia iudicii sui spiritalis in diuinis libris eius innuitur. de quibus occultis & incompræhẽsibilibus sacramentis atq; iudiciis in psalmo legitur. Palpebræ eius

Thes.4. Ioh.6. Ioh.4. 2.Par.2. Esa.66 Hier.23. ps.138. Iob.11. Mal.3. 1.thi.6. B Heb.4. ps.18. Pro.10.

aures dr interrogant filios hominum.id est probant. Au/
res dicitur habere dominus propterea quia omnia au
dit.Nihil eum sub silentio latet:de quo in libro sapiẽ
Sap.1. tiæ dicitur.Auris cœli audit omnia:& tumultus mur/
murationum non absconditur. Nares dei inspira
naresq tio eius in corde fidelium:ut est illud in libro regum
2.reg.22 Ascendit fumus de naribus eius.id est lachrymosa cõ
punctio pœnitentium inspiratione eius. Facies dei
facies cognitio ueritatis:seu cognitio diuinitatis ad homies
ps. 79. De qua cognitione in psalmo scriptum est. Ostende
nobis domine faciem tuã:hoc est:dona nobis cogni/
tionem tuam:quæ cognitio per filium omnibus ho/
t.ii. minibus innotuit:ipso dicente in euangelio. Nemo
nouit patrem nisi filius:& cui uoluerit filius reuelare
Aliter uero facies dei significat inuisibilem essentiam
diuinitatis filii dei: de qua ipse dominus ad Moysen
Exo.33. per ipsum angelum respondit. Posteriora mea uide/
bis:faciem autem meam uidere non poteris. Os ue/
ro dei filius dei patris.id ẽ Christus dominus:de quo
Hieremias propheta ex iudæorum persona affatus ait
os dr Quia os eius ad iracundiam prouocamus. Aliter ue/
ro os domini sermo eius siue uisio accipitur. De quo
Esa.58. sermone dei Esaias propheta ait.Os domini locutus
C est:hoc est uerbum filius dei patris: per quem omnia
ps.32. facta sunt:de quo in psalmo dicitur.Verbo domini cœ
ps.106. li firmati sunt.Et alibi.Misit uerbum suum & satura/
Ioh.1. uit eos.Et in euangelio:In principio erat uerbũ. Lin
Lingna gua domini mystice significat spiritumsanctum: per
quem deus pater secretum suus manifestauit homini
ps.44. bus.Vnde in psalmo.Lingua mea calamus scribæ ue
Labia lociter scribentis. Labia dei mystice utriusq; testa/
menti consonantia intelliguntur: de quibus duobus
Pro.16. testamentis in prouerbiis dicitur. Et diuinatio in la/
brachium biis eius:in iudicio non errauit os eius. Brachium
uel brachia dei patris filius eius & spũsanctus intel/
Esa.51. ligit:sicut est illud in Esaia.Et brachia mea populos
iudicabunt.Brachium dei patris singulariter filio ei
Hiere.32. accipitur.de quo Hieremias ad ipsum ait. Et nunc do
mine deus qui eduxisti populum tuum de terra ægy/
pti in manu forti & brachio extento.Ideo autem filio
dei brachium dicitur:quia creatura electa ab ipso cõ/
tinetur. Dextera dei patris unigenitus filius accipi
tur:de quo in psalmo ex persona homis assumpti di/
ps.117. citur.Dextera domini fecit uirtutem:dextera domini
exaltauit me. Aliter uero dextera domini gloriam
patris & æternam beatitudinem significat:de quo in
ps.109 psalmo ex persona patris dicitur ad filium.Sede a dex
tris meis. Dicit autẽ dextera dei omnis electa crea
tura in cœlo & in terra:sicut per sinistram eius intel/
ligitur reproba creatura.id est dæmones& omnes im
pii:qui ad læuam positi æterna supplicia sustinebunt

Manus dei patris filius eius accipitur eoq; per ip/
sum omnia facta sunt. Aliter uero manus dei po/
testas intelligitur:de qua potestate in libro Hieremiæ
dicitur:Sicut lutũ in manu figuli.ita uos in manu mea Hier.18.
domus israel. Item nonunq; manus domini flagel
lum accipitur:de cuius percussione in Sophonia pro/
pheta scriptum est.Extendam manum meam super iu Soph.1.
dam:& super habitantes israel:& disperdam de loco
reliqas Baal:pro qua domini percussione beatus iob
desciposo ait.Manus domini tetigit me. Digitus do/ Iob.19.
mini singulariter spiritussanctus accipitur a quo spiri Exo.20.
tusancto lex in duabus tabulis lapideis scripta narra
tur in monte Synai.Ipe eam scripsit:qui scribenda di/
ctauit.id est spũsanctus.de quo spirituancto domi/
nus in euangelio.Ego in digito meo eiicio dæmonia Luc.11.
quod alius euangelista aperte declarãs ait. Si ego in Mat.12.
spiritu dei eiicio dæmonia.Sicut eñ digitus cum ma/
nu uel brachio:manus uero uel brachium cum corpo
re sunt in natura unum: ita pater & filius & spũsan/
ctus:tres quidem sunt in personis:una uero substan/
tia diuinitatis. Digiti dei pluraliter sancti intelligũ
tur prophetæ:per quos sanctusspiritus legis ac pphe/
tarum libros sua inspiratiõe describit.de quibus in psal
mo dicitur.Videbo cœlos tuos opera digitorum tuo/ ps.8.
rum.Per cœlos eñ libros legis & prophetarum: & p
digitos uero sanctos ut dictum est prophetas mystice
insinuauit. Imago dei patris inuisibilis. Aliter nãq; D
est imago dei patris in filio suo:quem non aliũde sed
ex semetipso:hoc est ex substantia sua:& per omnia si
mile & æqualem genuit.Aliter uero in anima homi
nis quam non ex se.id est de substantia sua sicut plæ/
riq; hæretici opinati sunt genuit:sed ex nihilo creauit
Sicui aliter est imago cuiusq; regis in filio eius: quem
ex semetipso sibi similem genuit.id est homo hoiem.
Aliter uero in annulo siue in cæra imago est impressa
quæ nõ est quod ipse filius qui naturaliter hoc est qd
& pater. Cor dei patris est arcanum eius sapientiæ
mysticæ:ex quo uerbum.id est filium suum impassibi/
liter sine initio genuit:ipo dicẽte. Eructauit cor meũ ps.44.
uerbum bonum. Alas deus dicitur habere: pro eo
q; more auis electos suos tanq; pullos sub se colligit:
fouet:& ab insidiis diaboli & malorum hominum p
tegit.Vnde propheta.Sub umbra alarum tuarum pro ps.16.
tege me. Scapulas habere dicitur:quia infirma mẽ
bra ecclesiæ quasi in scapulis portat sicut in psalmo

ps. 40. dicitur. Scapulis suis obumbrabit tibi. Venter dei secreta origo substantiæ eius accipitur. Vnde in psal/
ps. 109. mo. Ex utero ante luciferum genui te. Aliter uterus dei incomprehensibilia iudicia eius: quæ rimari ne/queunt insinuantur mystice: De quo occulto iudicio
Iob. 38. eius in libro iob scriptum est. De cuius utero egressa ē glacies: & gelu de cœlo quis genuit? Posteriora fi/lii dei incarnatio eius accipitur: de qua posterioritate
Exo. 33. filius in monte Synai ad Moysen per angelū loquēs ait. Posteriora mea uidebis: faciem autem meam uide re non potes. Pedes dei stabilimētum & uirtꝰ eius est: eoꝙ ubiꝙ præsens est: & uniuersa ei subiecta sunt
Esa. 66. illoipso dicente per Esaiam prophetam: Cœlum mi hi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum.

Aliter pedes filii dei incarnatio intelligitur: quæ di uinitati subiecta est tanꝙ capiti pedes. Sicut em̄ per ca put diuinitas: ita per pedes eius humanitas eius expri
Exo. 24. mitur. De qua in exodo scriptum est. Viderunt iesum dominum: hoc est Moyses Aaron & Nadab & Eliud & Septuaginta de senioribus populi sub pedibus eiꝰ quasi lapis Saphyrus: & quasi cœlum cui serenum sit Sicut autem per lapidem saphyrum cœlestes uel san/
E ctos angelos: ita per cœlum serenum sanctam eccle/siam electorum ex hominibus assumptam figuraliter demōstrare uoluit: super quas duas creaturas homo assumptus filius dei in perpetuum regnat. De quo in
ps. 8. psalmo dicitur. Omnia subiecisti sub pedibus eius.

Aliter autem dei pedes. id est. iesu christi significati sunt sancti prædicatores. De quibꝰ in Deuteronomio
Deut. 34 scriptum est. Qui appropinquauit pedibus eius: acci/piet de doctrina eius. Vestimentum filii dei aliquā/do caro eius quæ a diuinitate est assumpta: in diuinis libris figuraliter accipitur. De quo indumento carnis
Esa. 63. esaias ait. Quis est iste qui uenit de edon: tinctis uesti/bus de bosra? Rursus uestimenta eiusdeꝫ domini san cta accipitur ecclesia: quæ per fidem & dilectionem
ps. 92. ei coniuncta est: De qua dicitur in psalmo. Dominus regnauit: decorem induit. Et in psalmo alio ad ipsuꝫ
ps. 103. dominum. Confessionem & decorē induisti: amictus lumine sicut uestimento. Pallium iam dicta eius ec/clesia intelligitur. De quo in libro Genesis scriptum
Gen. 49. est. Lauit in uino stolam suam: hoc est in passione & sanguine carnem suam. Calciamenta domini nostri iesu christi mystice significant incarnationē eiꝰ: quā ex mortalitate humani generis assumere dignatus est
ps. 59. & 107. De qua incarnatione sua ipse per prophetam in psal mo ait. In idumeam extendam calciamentum meum id est in plebe gentilium manifestabo incarnationem meam. Gressus dei aduentus filius dei in mundum: & regressus ad patrem. De quibus psalmista ait. Visi sunt gressus tui deꝰ gressus dei mei. De utero uero na scendo positus est in præsepio: quia postꝙ omnia im/pleuit pro quibus a patre missus uenerat. appēsus est in ligno crucis: de cruce autem depositus secundū cor pus sepultus est: & secundum animam ad infernum descendit. Tertia autem die per potentiam suæ diuini tatis carnem suam de sepulchro suscitauit. Et post diē resurrectionis quadragesimo die uidentibus apostolis ascendit in cœlum: & sedet ad dexteram patris. i. ad gloriam eius. Hi sunt em̄ gressus filii dei. iste de/scensus & ascensus eius: qui frequenter in sacris scri/pturis legitur. Ascendere dicitur deus: cum filius carnem ex nobis assumptam in cœlum uelut captiuā duxit captiuitatem: quia naturā humani generis quæ a diabolo in mundo captiua retinebatur assumēs lo/cum in cœlum ubi nunquā ante fuerat tanꝙ captiuaꝫ deportauit. Abscondere faciem suam deus legitur cum hominibus quibusdam eorum exigentibus cul/pis: cognitionem suam abscondit: sicut in populo iu/dæorum nunc impletum uidemus: quia negantes fi/lium dei scientiam iudæi ita perdiderunt ut similes fie rent gentibus quæ deum non cognouerunt. Osten/dere faciem suam dicitur deus: cum respectum gratiæ suæ quibus uult scilicet electis suis: in corda eorum oc culta inspiratione insinuat: & ad diligendum se amo rem suum infundit. Sedere dicitur deus non corpo/raliter humano more: sed potentionaliter super om nem creaturam regnando eam possidere. Vnde est illud in psalmo. Regnabit dominus super omnes gē ps. 46.
tes: deus sedet super sedem suam. Sedere autem deus dicitur super cherubin (quod interprætatur plenitu/do scientiæ: per quod significantur sancti angeli: siue mentes spiritalium uirorum: in quibus deus inuisibi/liter præsidet & regnat. In iſis enim sedent qui scien tia eius & dilectione pleni sunt. In prouerbiis quippe Pro. 14.
Salomonis. Anima iusti sedes est sapientiæ. Sapien/tia uero dei patris Christus est: qui in animabus san/ctorum dei sedere dicitur. Descendere deus in mū dum dicitur: quando aliquod nouuꝫ quod ante non fecerat in creatura humana operatur: sicut filius dei descendisse narratur: quando ueram carnem ex Ma/ria uirgine propter redemptionem nostram suscepit; & deus homo fieri dignatus est non amittendo quod erat: sed assumendo quod non erat. De cuius assum/

ptione.id est.incarnatione ut in psalmo scriptum est
ps. 17. Inclinauit cœlos & descendit: & caligo sub pedibus eius.Cœlos inclinauit:qui aduentum suum pronun cians angelos siue prophetas misit:qui aduentū eius nunciarēt.Caligo sub pedibus eius:quia impii homi/ nes ob suam maliciam incarnationem eius agnosce/ re non potuerūt:nec adhuc possunt. Stare deus di citur:cum nos infirmos.id est suam creaturaʒ ad pœ nitentiam & conuersionem patienter sustinet: ut est
Abac.3. illud in Abachuc propheta. Stetit & mensus est ter/ ram: & dissoluit gentes. id est stetit ad superuenien/ dum:& dissoluit credentes in se a uinculis peccatorū

Transire dicitur deus cum de cordibus quorūdaʒ hominum in quibus antea per fidem cōdebatur:post ea subrepente perfidia uel quolibet delicto ab eis re/ cedit & ad alios transit:quemadmoduʒ de iudæis ad gentes:de hæreticis ad catholicos:seu de quibuslibet irreligiosis & negligentibus pro uitio suo recedere di citur:& ad alios transire: quod non localiter aut ui/ sibiliter:sed inuisibiliter occultoqʒ iudicio facere con sueuit. Ambulare dicitur deus:non de loco ad lo cum transeundo:quia impium est ita credere: sed am bulatio eius est in cordibus sanctorum delectatio: si/
Leui.26. cut scriptum est.Et inhabitabo in eis. & ambulabo: & ero illorum deus.Vel certe dei ambulare est in san ctis predicatoribus suis de loco ad locum transire.

Loquī dei est inuisibiliter sine uoce uel quolibet stre/ pitu in mentibus sanctorum uoluntatem suam atqʒ rectum intellectum inspirare: seu futura sicut in san/ ctis prophetis reuelare.Quæ locutio dei ut quidā uo/ lunt tribus modis accipitur. Primo namqʒ modo per subiectam creaturam:sicut ad Moysen in rubo& igne apparuit. Vel sicut ad Abraam atqʒ Iacob & cæteros sanctos:qbus in angelis apparuit. Secundo uero mo do in somnis:sicut ad iacob & ad Zachariam prophe tam & ad ioseph sponsum Mariæ & aliis sanctis: qui/ bus secreta reuelare uoluit. Tertio autē modo neqʒ per creaturam uisibilem:neqʒ per hominē: sed occul/ ta cum inspiratione inuisibiliter corda eorum tangē/ do efficit:sicut in libris prophetarum scriptum est:cū ipsi prophetæ subito afflati spiritusancto exclamant dicentes.Hæc dicit dominus:dei est bona acta proba
Genī.1. re:sicut & illud in Genesi. Vidit deus cuncta quæ fe/ cerat & erant ualde bona. id est intelligentibus esse bona demonstrauit. Aliter uidere dei est mala ho minum scienrer reprobare.sicut est illud in Esaia pro pheta.Et uidit deus & apparuit malum in oculis eius Esa.59. Item aliter uidere dei est nos uidentes facere: ut est il lud in psalmo.Proba me domine:& scito cor meum. ps.138. Modus iste locutionis in libro iob similiter reperitur ubi de sapientia patris postq̄ plurima insignia locu/ tus est de deo patre adiunxit. Tunc uidit illā & enar/ rauit:& iuestigauit: & impauit.i. uidētes fecit atqʒ p̄di cātes:& inuestigantes atqʒ aliis nunciantes. Cogno scere dei est cognoscentes facere:ut qui prius de se q̄/ les essent incogniti erant per eius interrogationem & probationem quales essent sibimetipsis cogniti fie/ rent:tale est illud in lege Moysi de populo israelitico Temptabo inquit eos utrum custodiant mandatum Geñ.36. meum:an non. Nescire dei dicitur quosdam repro/ bos reprobare:sicut in euangelio dicit. Nescio unde Luce.13. sitis:recedite a me omnes qui operamini iniquitatem

Celare dei dicitur:cum creaturam suam quam nō uult perire:sæpe castigat:comprimit:atqʒ flagellat:& flagellando adducit ad se.Vel celare dei dicitur:cum nullum peccatum impunitum uult relinquere.Iustus est enim. & ideo omnis iniusticia execrabilis est illi. quia ut dictum est nihil impurum patitur impunitum

Irasci dicitur:non animæ motu:uel quauis alia p/ turbatione:quæ omnino illi accidere non potest:sed creaturæ delinquenti.id est hominibus impiis & pec/ catoribus iustam dicitur inferre ultionem:hoc est red dere illis quæ merentur:& hæc est ultio diuina.iste fu ror eius dicitur. Pœnitere deus dicitur:non q̄ mo re hominum de transactis operibus pœniteat: qui enim omnia nouit anteq̄ fiat:pro suis præteritis acti/ bus pœnitere non potest:sed pœnitentia dei est statu ta mutare.id est de bono exigentibus culpis malum. De Saule legitur pœnituisse deum.q̄ constituit eum regem.Vel sicut nunc uidemus in populo iudæorum qui cum esset populus dei:ob impietateʒ suam factus est synagoga Sathanæ.De malo uero in bonum sicut accidit in populo gentium:qui cum prius nō esset po pulus dei:nunc autem per gratiam Christi populus dei factus est.Hoc quippe modo occulto dei iudicio G Iudas Christi proditor de apostolatus lapsus gradu in inferni baratro dimersus est. Latro uero post cri/ men rapacitatis de cruce ad paradisum translatus est Hanc quoqʒ mutationem de bono ad malum ut dictū est:siue de malo ad bonū.quia occulto iustoqʒ dei iu/ dicio per sniam iusticiæ suæ siue p mīam ei9 fiat pœni tētiā dei dicim9: sicut expressius ī libro Hieremiæ scri/

ptum est. Non pœnitere dei est statuta nullo modo
ps.109. mutare. Vnde est illud in psalmo. Iurauit dominus & non pœnitebit eum. Et pater ad filiuꝫ: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Sacerdos em̃ dei patris dictus est filius dei: non secundum diuinitatem sed secũdum humanitatem: in qua se pro nobis per passionem & mortem suam acceptabile sacrificium deo patri obtulit: & ipse est sacerdos qui & sacrificium. Obliuisci dicitur deus cum quibusdam impiis & peccatoribus non miseretur: quod utiq; non facit propter crudelitatem quæ in deo nõ est: sed per occultum iustumq; iudicium suum. Indurare dicitur deus quorũdam corda malorum: sicut de Pharaone rege ægypti scriptum est: non q̃ omnipotens
Exo.4. deus per potentiam suam eoruꝫ corda induret: quod impium est ita credere: sed exigentibus eorum culpis cum duricia cordis: quam ipsi sibi omnia mala perpetrando nutriunt non aufertur: quasi illos obliuiscitur quos in isto iudicio induratos sinit. Dormire dei est: cum unigenitus dei patris in assumpta carne p̃ nobis mori dignatus est: cuius morte recte dulcis fuisse p̃dicatur: ipso dicente per Hieremiam prophetaꝫ.
Hier.31. Ideo quasi in somno excitatus sum: & uidi: & somnus meꝰ dulcis est mihi. Aliter dormire deꝰ dicit̃: cũ fides eius inter prosperitates huius mundi: in quorundam cordis fidelium non uigilat: sed dormit: hanc dormitationem ipse significauit: cum in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire dei est anxius tarde subps.43. uenire: sicut est illud in Psalmo: Exurge quare obdormis domine? Vigilare dei est in defensione suorũ electorum: & ultione inimicorum suorum manifeste se demonstrare.

¶ Beati Hieronymi ad Damasum papam scischitantis an in trinitate tres hypostases sint cõfitendæ: & quibus apud Antiochiam communicare debeat.

Aepistola Secunda

HOniam uetusto oriens inter se populorum furore collisus: idiscissam domini tunicam & desuper textam minutatim per frusta discerpit: & christi uineam exterminant uulpes & inter lacus contritos qui aquam non habent difficile ubi fons signatus: & hortus ille conclusus sit posit intelligi. Ideo mihi cathedram Petri & fidem apostolico ore laudatam censui consulendam: inde nũc meæ animæ postulans cibum. unde olim Christi uestimenta suscepi. Neq; em̃ tanta uastitas elementi liquẽtis & interiacens longitudo terrarum: me a præciosæ margaritæ potuit inquisitione prohibere. Vbicunq; Luce.17.
fuerit corpus: illuc congregantur aquilæ profligato a sobole mala patrimonio: apud uos solos incorrupta patrum seruatur hæreditas. Ibi cespite terra fœcundo dominici seminis puritate cẽtenos fructus refert. Hic obruta sulcis frumenta lolium auenasq; degenerant Nunc in occidente sol iusticiæ oritur: in oriente autẽ lucifer ille qui ceciderat: supra sydera posuit thronũ suuꝫ. Vos estis lux mundi: uos sal terræ: uos aurea uasa & argentea: hæc testacea uasa uel lignea uirgã feream & æternum operiuntur incendium. Quanq̃ igitur tui me terreat magnitudo. inuitat tamen humanitas. A sacerdote uictimam. salutis: a pastore præsidiuꝫ ouis flagito: facessat inuidia: Romani culminis recedat ambitio cum successore piscatoris & discipulo crucis loquor. Ego nullum primum nisi Christũ sequẽs beatitudini tuæ: id est: cathedræ Petri cõmunione cõsocior. super illam petram ædificatam ecclesiam scio Quicunq; extra hanc domum agnum comederit: profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit peribit regnante diluuio. Et quia pro meis facinoribus ad eam solitudinem commigraui: quæ Syriam iuncto Barbariæ fine determinat: nec possum sanctum domini tot interiacentibus spatiis a sanctimonia tua semper expetere. Ideo hic collegas tuos ægyptios confessores sequor & sub onerariis nauibus parua nauicula delitesco. Non noui Vitalem. Milesium respuo. Ignoro paulinum. Quicunq; tecum non colligit: sparsit: hoc est: qui Christi non est: Antichristi est. Nunc igitur proh dolor post Nicenam fidem: post Alexandrinum iun- I
cto pariter occidente decretum: trium hypostasiaꝫ ab Arrianorum præsule Campensio: nouellum a me homine Romano nomen exigitur. Qui quæso ista apostoli prodiderunt? Quis nouus magister gentiũ? Paulus hæc dicit. Interrogemus quid tres hypostases possint arbitrentur intelligi: tres personas subsistentes aiũt Respondemus nos ita credere: nõ sufficit sensus: nomen efflagitant. quia nescio quid ueneni in syllabis latet. Clamamus si quis tres hypostases aut tria enhypostata hoc est tres subsistentes personas non confi-

tetur:anathema sit.Et quia uocabula non edicimus: hæretici iudicamur.Si quis autem hypostasim usiá intelligens:non tribus personis unam hypostasim dicit:alienus a Christo est:& sub hac confessione uobis cum pariter cauterio unionis inurimur. Discernite si placet obsecro:non timebo tres hypostases dicere.Si iubetis:condatur noua post Nicenam fides:& similibus uerbis:cum arrianis confiteantur orthodoxi.Tota sæcularium litterarũ scola nihil aliud hypostasim nisi usian nouit.Et quis rogo ore sacrilego tres substantias prædicabit? Vna est dei sola natura:que uera est.Ad id em̃ quod subsistit nõ habet aliunde:sed suũ est.Cætera quæ creata sunt etiam si uidentur esse non sunt.quia aliquando non fuerũt:& potest rursum nõ esse quod non fuit.Deus solus qui æternus est:hoc est qui exordium non habet:essentiæ nomen uere tenet Iccirco & ad Moysen de rubo loquitur. Ego sum qui sum.Et rursum:qui est me misit.Erãt utiq; tunc angelí cœlum terra uel maria. Et quomodo commune nomen essentiæ proprie sibi uendicat deus? Sed quia illa sola natura est perfecta:& in tribus personis deitas una persistit:quæ& uere una natura est:quisq; tria esse hoc ẽ tres esse hypostases:id est usias dicit:sub nomine pietatis tres naturas conatur asserere.Et si ita ẽ: cur ab arrianis parietibus separamur perfidia copulati? Iungantur cum beatitudine tua Vrsinus:cum Ambrosio societur Auxentius.Absit hoc a Romana fide Sacrilegium tantum religiosa populorum corda nõ hauriant.Sufficiat nobis dicere unam substantiã tres persones subsistentes perfectas:æquales coæternas. Taceantur tres hypostases:si placet.& una teneatur. Non bonæ suspitionis est:cum in eodem sensu uerba dissentiunt.Sufficiat nobis memorata credulitas. Aut si rectum putatis tres hypostases cum suis interp̃tationibus debere nõ dicere:non negamus.Sed mihi credite:uenenum sub melle latet:transfigurauit se angelus Sathanæ in angelum lucis.Bene interpretatur hypostasim:& cum id quod ipsi exponunt habere medicam:hæreticus iudicor.Quid tam anxíe unum uerbum tenent? Quid tam sub ambiguo sermone latitant? Si sic credunt:ut interpretantur: nõ damno qđ retinent.Si sic credo: ut ipsi sentire se simulant: permittant & mihi meis uerbis suum sensum loqui.

Quam obrem obtestor beatitudinem tuam per crucifixum mundi salutem: per homousian trinitatem: ut mihi æpistolis tuis siue tacendarum siue docendarum hypostaseõ detur auctoritas. Et ne forte obscuritas in quo loci dego te fallat:per baiulos litteraru3 ad Euagrium presbyterum:que3 optime nosti dignare scriptas transmittere:simul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare significes:quia campẽses cum Thartensibus hæreticis copulantur: & nihil aliud ambiunt: q̃p ut auctoritate communionis nostræ fulti tres hypostases cum antiquo sensu p̃dicẽt.

¶ Beati Hieronymi presbyteri ad Damasu3 papam obsecrantis.ut sibi respondeat cui in Syria debeat communicare.

Aepistola Tertia

IMportuna in euangelio mulier tandem meruit audiri:& clauso cum seruis ostio:media licet nocte ab amico panes amicus accepit. Deus ipse qui nullis contra se uiribus superari potest:publicani præcibus uincitur. Niniue ciuitas quæ peccato periit:fletib9 stetit. Quorsum ista tã lõgo repetita principio? uidelicet ut paruũ magnus aspicias:ut diues pastor morbidam non cõtemnas ouem.Christus in paradisum de cruce latronem intulit. Et ne quis aliquando seram conuersionem putaret:fecit homicidii pœnam esse martyrium. Christus inquam prodigum filium reuertẽtem lætus amplectitur:& nonagintanouem pecudibus derelictis:una ouicula quæ remãserat:humeris boni pastoris aduehitur. paulus ex persecutore fit prædicator: oculis carnalibus excecatur.ut mente plus uideat:& qui uinctos Christi famulos ducebat ad concilium iudæorum.Ipse postea etiam de Christi uinculis gloriatur.Ego igitur ut ante iam scripsi.Christi uestẽ in Romana urbe suscipiens:nunc Barbaro Siriæ limite teneor:& ne putes alterius hanc de me fuisse sententiã quid mererer: ipse constitui. Verum ut ait Gentilis poeta.

Cœlum non animum mutat:qui trans mare currit.

Ita me incessabilis inimicus post tergum persecutus est:ut maiora in solitudine bella nũc patiar.Hinc em̃ præsidiis fulta mundi Arriana rabies fremit. Hinc in tres partes scissa ecclesia ad se rapere festinat. Mona/

Mat.15.
Luce.11.
Luce.18.
Ioh.3.
K
N

Solus Deus est.
Exo.3.

ousia apud græcos/ sub Arcadio signat et subsistentiã inde magna discrepatio ob nõis duplicem significationem. sub qua uenenũ latere arbitrabatur hieron. Damaso cõsulit.

chorum circa commanẽtium antiqua in me surgit au
ctoritas. Ego interim clamito: si quis cathedræ Petri
iungitur meus est. Miletius. Vitalis atq; Paulinus tibi
hærere se dicunt: possem credere: si hoc unus asse/
ret: nunc autem duo mentiuntur aut omnes. Iccirco
obtestor beatitudinem tuam: per crucẽ domini: per
necessitatem decoris fidei nostræ. & passionẽ: ut qui
apostolos honore sequeris: sequaris & merito: ita in
solio cum duodecim iudicatur9 sedeas: ita te alius se
nem cum Petro cingat: ita municipatum cœli cũ pau
lo consequaris. Vt mihi litteris tuis apud quem in Si
ria debeam communicare significes: noli despicere
animam pro qua Christus mortuus est.

¶ Secundus tractatus de impugnationibus di/
uersarum hæresum & hæreticorum beati Hieronymi
ad Marcellam contra Montani hæretici insaniam:
qui promissionem sanctiſpiritus in se dicebat esse
completam ostendens non in eo tantum sed in aliis
eius dogma a catholica ecclesia discrepare: quis autẽ
fuerit ipse Montanus & quo tempore hæresis susci/
ta sit habes quinto hystoriæ ecclesiasticæ libro.

Aepistola Quarta

L TEstimonia de Iohannis euangelio
congregata tibi quidam Montani
sectator igessit: in quibus Saluator
noster se ad patrem iturum missu/
rumq; paraclytum pollicetur. Quæ
in quod promissa sint tempus: & quo completa sint
Actu.2: tempore apostolorum acta testantur. Decima die di/
xit post ascẽsum domini: hoc est quinquagesima post
resurrectionem spiritumsanctum descendisse linguas
q; credentium esse diuisas: ita ut unusquisq; omnium
gentium sermone loqueretur: quandoquidem adhuc
parum credẽtium musto eos ebrios asserebant: & Pe/
trus stans in medio apostolorum omnisq; cõuentus
ait. Viri iudæi: & omnes qui habitatis in Hierusalem:
hoc uobis notum sit: & auribus percipite uerba mea.
Non enim sicut uos æstimatis hi ebrii sunt: nã est hora
diei tertia: sed hoc est quod dictum est per iohel pro/
phetam. In nouissimis diebus dicit dominus. Effun/ Ioel.2.
dam de spiritu meo in omnem carnem: & propheta
bunt filii & filiæ eorum: & iuuenes uisiones uidebũt
& seniores somnia somniabũt: & qdẽ in seruos meos
& ancillas effunda3 de spiritu meo. Si igit apostolus
Petrus super quem dominus fundauit ecclesiam & p
phetiam & promissionem domini illo tempore com
pleta3 memorauit: quo modo possumus nobis aliud
tempus uindicare? Quod si uoluerint respondere: &
Philippi deinceps quattuor filias prophetasse & pro
phetem Agabum reperiri: & in diuisionibus spiritus
inter apostolos & doctores prophetas quoq; aposto
lo scribente formatos. Ipsumq; Paulum apostolum
multa de futuris hæresibus & de fine sæculi prophe/
tasse: sciant a nobis non tam prophetiam repelli quæ
domini est signata passione: quam eos non recipi: q
cum scripturæ ueteris & nouæ auctoritate nõ cõgruãt
Primum in fidei regula discrepamus. Nos patrem &
filium & spiritumsanctum in sua unumquemq; perso
na ponimus: licet substantia copulemus: illi sabellii
dogma sectantes trinitatem in unius personæ angu/
stiis cogunt. Nos secundas nuptias non tam appe/
timus q̃ concedimus. Paulo iubente ut uiduæ adole/ 1. Thi. 5.
scentulæ nubant: illi in tantum putant scelerata con
iugia iterata: ut quicunq; hoc fecerit adulter habea/
tur. Nos unam quadragesimam secundum tradi/
tionem apostolorum toto anno tempore nobis con/
gruo ieiunamus. Illi tres in anno faciunt quadragesi
mas: quasi tres passi sint Saluatores. Non quo & per M
totum annum excepto Penthecosten ieiunare non li
ceat: sed q̃ aliud sit necessitate: aliud uoluntate mu/
nus offerri. Apud nos apostolorum locum Episcopi
tenent: apud eos Episcopus tertius est. Habent enim
primos de pepusa phrygiæ patriarchas. Secundos
quos appellant Cenones: atq; ita in tertium: id est pe
ne ultimum locum episcopi deuoluuntur: quasi exin
de ambitiosior religio fiat: si quod apud nos primum
est: apud illos nouissimum sit. Illi ad omne pene de/
lictum ecclesiæ obserant fores: nos quotidie legimus
Malo pœnitentiam peccatoris q̃ mortem. Et nun/ Eze.18.
quid qui cadet non resurget. dicit dominus. Et cõ
uertimini ad me filii cõuertentes: & ego curabo cõtri Hiere.3.
tiones uestras. Rigidi autem sunt: nõ quo & ipsi peio Hier.3.
ra nõ peccẽt. Sed quod iter nos & illos sit: qd illi eru/
bescũt cõfiteri peccata q̃si iusti: nos dũ pœnitẽtiã agi/

mus:facilius ueniam promeremur. Prætermitto ſcœlerata myſteria quæ dicuntur de lactente puero:& de Victuro martyre confarrata:malo iniq̃ nõ credere:ſit falſum omne quod ſanguis eſt. Aperta eſt conuincẽ/da blaſphemia dicentium:deum primum uoluiſſe in ueteri teſtamento per Moyſen :& prophetas ſaluare mundum:ſed quia non potuerit explere:corpus ſum pſiſſe de uirgine :& in Chriſto ſub ſpecie filii prædicãtem mortem obiſſe pro nobis. Et quia per duos gra/dus mundum ſaluare nequiuerit:ad extremum per ſpiritum ſanctum in Montanum Priſcã & Maximillam ĩ ſanas fœminas deſcendiſſe : & plenitudinem quam
1.Cor.13 Paulus non habuerit dicens. Ex parte cognoſcimus: & ex parte prophetamus:& nunc uidemus per ſpecu/lum in ænygmate:abſciſum & ſemiuirũ habuiſſe! Mõ/tanum.Hæc ſunt quæ coargutione non indigent per/fidam eorum expoſuiſſe:ſuperaſſe eſt.Nec neceſſe eſt ut ſingula deliramenta quæ proferunt breuior æpiſtolæ ſermo ſubuertat cum & tu ipas ſcripturas apprime tenens non tam ad eorum mota ſis quæſtiones q̃p qd ſentirem a me uolueris ſcicitari.

¶Beati Hieronymi contra louinianum hæreſiarchã Satyrici libri:cuius dogmata qualia fuerint:quæ beatus Hieronymus deſtruit& refellit:infraſcriptum indicat argumentum.

¶Ex libro auguſtini de Hæreſibus:ad quod uult deũ diaconum louinianus. Epi. V

LOuinianus hæreſiarcha de monacho cle/ricus docebat ſicut ſtoici preſbyteri omnia peccata paria eſſe:nec poſſe hominẽ pec/care lauacro regenerationis accepto: nec prodeſſe ieiunia:uel cibis aliquibus abſtinentia3 .Virginitatem uiduitati :coniugatoſq; fornicatoribus etiã poſt pœnitentiã æquabat:adeo ut ſacræ uirgines prouectæ ætatis quædam in urbe Romana: ubi hoc docebat nupſerint unius quoq; meriti:præmii retributõis: ordiniſq; omnes iuſtos eſſe apud deum.Cito tamen ſecta hæc oppreſſa:extincta & ad nihilum caſſata eſt re/uelante beato Hieronymo:nec ad aliquorum ſacerdotum deceptionem peruenit Damaſo papa :Valẽtiniano Auguſto Arcadio & Bautone conſulibus.

¶Beati Hieronymi contra Iouiniaunm Satyricus Liber primus:& Epiſtolæ.V.

Capitulum. I

DAuci admodum dies ſunt: q̃ ſancti N ex urbe Roma fratres cuiuſdam Iouiniani commentariolos tranſmiſerũt rogantes ut eorum ineptiis reſpõde/rent:& Epicurum chriſtianorũ ĩ euã/gelico atq; apoſtolico uigore conte/rerem quos cum legiſſem & omnino non iutellexiſſẽ cœpi reuoluere crebrius:& non uerba modo atq; ſententias:ſed ſingulas pene ſyllabas diſcutere :uolens prius ſcire qd diceret:& ſic uel probare uel redargue/re quod dixiſſet .Verum ſcriptorũ tanta barbaries eſt & tantis ſpurcitiis ſpurciſſimꝰ ſermo confuſus:ut nec quid loquatur:nec quibus argumentis uelit probare quod loquitur:potuerim intelligere. Totus eñ tumet totus iacet:attollit ſe per ſingula: & quaſi debilitatus coluber in ipſo conatu frangitur:non eſt cõtentus noſtro id eſt humano more loqui altius quidem aggre/ditur.

Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus.

Quod ipſe. Ora.in ar.poe.

Non ſani eſſe hominis non ſanus iuret Oreſtes.

Præterea ſic inuoluit omnia:& quibuſdam inextrica/bilibus nodis uniuerſa perturbat ut illud plautinarũ litterarum ei poſſit aptari.

Has quidem præter Sibyllam leget nemo.

Nam diuinandum eſt.Furioſas Apollinis uates legi/mus. Et illud uigilianum.Dat ſine mente ſonum.Heraclytum quoq; cognomento σκοτεινον id eſt tenebroſum ſudãtes philoſophi uix intelligũt.Sed qa ad noſtrũ αινιγματιστην cuius libros multo difficiliꝰ eſt noſſe:q̃p uincere q̃p& & in uictoria non parua ſit diffultas Quis enim eum ſuperare quæat cuius aſſertionem penitus ignoret? Et ne lectorem longius trahã cuiuſmodi eloquentiæ ſit:& cuius uerborum floribus ornatus incedat ſecundi libri ſui moſtrabit exordiũ:qd heſternam crapulam ructatis ita euomit . Satiſſatio iuitatis non ut claro curram nomine: ſed ut rumore purgatꝰ uano uiuam.Obſecro agrum nouellæ plantationum arbuſta teneritudinis :erepta de uitiorum gurgitibus audientiam cõmunitã agminibus. Scimus eccleſiam ſpe:fide:charitate:ĩacceſſibilem inexpugnabilẽ.Non eſt in ea immaturus omnis docilis impetu irrumpere:uel arte illudere põt nullus . Rogo quæ ſunt hæc portenta uerborum? Quod deſcriptõis dedecus? Nõne uel per febrem ſomniare eum putes:uel arreptum morbo frenetico Hippocratis uinculo alligandum? Quotienſcunq; enim legero:ubi me defecerit ſpiritus ibi eſt diſtinctio: totum incipit:totum pẽdet ex altero

neſcias quid cui cohæreat exceptis teſtimoniis ſcriptu/
rarum quæ illo uenuſtiſſimo eloquẽtiæ ſuæ flore mu/
tare non auſus eſt reliquus ſermo omni materiæ quia
conuenit nulli conuenit. Quæ res mihi aliquã ſuſpi/
tionem intelligentiæ dedit uelle eum ita nuptias præ
dicare: ut uirginiuati detrahat. Quando enim mino/
ra maioribus coæquantur: inferioris comparatio ſu/
O perioris iniuria eſt. Neq; uero nos Martionis & Mani
chæi dogmata ſectantes nuptiis detrahimus: nec Ta/
tiani principis Encraticarum errore decepti omnẽ co
gitatum ſpurcum putamus qui non ſolum nuptias ſ3
cibos quoq; quos deus creauit ad utendu3 damnat &
reprobat. Scimus in domo magna non ſolum uaſa eſ
ſe aurea & argẽtea ſed & lignea & fictilia & ſuper fun
damentum Chriſti qđ Paul9 architectus poſuit alios
ædificare aurum argentum: lapides præcioſos: alios
econtrario fœnum: ligna & ſtipulam. Nõ ignoram9
honorabiles nuptias & torum immaculatum legim9
Geñ. 1. primam dei ſententiam. Creſcite & multiplicamini: &
replete terram: ſed ita nuptias recepimus ut uirgini/
tatem quæ de nuptiis naſcitur preferamus. Nunquid
argentum non erit argentum: ſi aurum argento præ/
cioſius eſt? Aut arboris & ſegetis contumelia eſt ſi ra/
dici & foliis culmo & ariſtis poma præferantur & fru/
ctus? Vt poma ex arbore: frumentũ ex ſtipula: ita uirgi
nitas ex nuptiis. Centeſimus & triceſimus fructus q̃ꝑ q̃
de una terra & de una ſemente naſcatur tamen multũ
differt in numero. Triginta referuntur ad nuptias. Nã
& ipſa digitorũ coniunctio: quaſi molli oſculo ſe cõ/
plexans & fœderans maritum pingit & coniuge3. Se
xaginta uero ad uiduas: eo q̃ in ãguſtia & tribulatõe
ſunt poſitæ. Vnde & ſuperiori digito deprimũtur q̃to/
q̃ maior eſt difficultas ex parte quondã uoluptatis il/
lecebris abſtinere tanto maius eſt præmium. Porro cẽ
teſimus numerus diligenter quæſo lector attẽde: de ſi/
niſtra trãſfertur ad dexterã: & iiſde3 qdẽ digitis ſed nõ
eadem manu quibus in læua nuptæ ſignificãt & ui/
duæ circulum faciens exprimit uirginitatis coronam
Hæc de impatientia magis q̃ iuxta ordinem diſputatio
nis dixerim. Cum eñ adhuc de portu egrediar: & ru/
dentibus uela ſuſtollam in medium me quæſtionum
pelagus ſubitus loquendi æſtus arripuit. Vnde prohi/
bebo curſum & pauliſper ſinus contraham nec indul
gebo mucroni: iam nunc pro uirginitate ferire cupiẽti
Baliſta quanto plus retrahitur: tanto fortius mittitur
non eſt damnum dilatio ubi certior fit ex dilatione ui
ctoria. Proponam breuiter aduerſarii ſentẽtias: & de
tenebroſis libris eius quaſi de foueis ſerpentes proii/
cia3 neq; ſina3 uenenoſum caput ſpiris maculoſi cor
poris protegi. Pateat quod noxium eſt ut poſſit conte
ri cum patuerit.

Capitulum II

Dicit uirgines uiduas & maritatas: quæ ſe/ P Jouinianus
mel in Chriſto lotæ ſunt ſi non diſcrepẽt
cæteris operibus: eiuſdem eſſe meriti. Niti
tur approbare eos q̃ plena fide baptiſma
te renati ſunt a diabolo non poſſe ſubuerti. Tertium
proponit abſtinentiam ciborum & cum gratiarum/
actione preceptionẽ eorum nullam eſſe diſtantiam.
Quartum quod extremum eſt omnium: qui ſuum ba/
ptiſma ſeruauerint unam in regno cœlorum habere
remunerationem. Hæc ſunt ſibila ſerpentis antiqui:
his conſiliis draco de paradiſo hominem expulit. Nã
his etiam ſaturitatem ieiuniis præferendo: repromiſit
eos immortales futuros quaſi nunq̃ poſſent corruere
& dum diuinitatem æqualem deo pollicetur: expulit
eos de paradiſo: ut qui nudi & expediti & abſq; nulla
macula uirgines domini conſortio fruebãtur deiecti
in uallem lachrymarum tunicis conſutis: & pellitiis
ueſtirentur. Sed ne lectorem diutius morer: ſequar ue
ſtigia partitionis expoſitæ & aduerſus ſingulas pro/
poſitiões eius: ſcripturarum uel maxime nitar teſtimo
niis ne quærulus garriat ſe eloquentia magis q̃ ueri/
tate ſuperatum. Quod ſi expleuero & illum utriuſq; te
ſtamenti nube oppreſſero aſſumam exempla ſæcula/
ris quoq; litteraturæ ad quam & ipſe prouocat. Doce/
boq; etia3 inter philoſophos & ægregios in republica
uiros uirtutes uoluptatib9 id eſt Pithagorã Platonẽ &
Ariſticlem & Ariſtipo & Epicuro & Alcibiadi ab om/
nibus ſolere præferri. Vox quæſo utriuſq; ſexus uirgi/
nes & continentes mariti quoq; & bigami ut conatus
meos orationibus adiuuetis cunctorum in commune
louinianus hoſtis eſt. Nam quæ æqualia omnium aſſe
rit merita tam uirginitati facit iniuriam dum eam nu/
ptiis comparat quam & nuptiis: ſic eas licitas aſſerens
ut ſecunda & tertia matrimonia ſed in eo bigamis &
trigamis aduerſarius eſt ibi ponens ſcortatores quon
dam libidinoſiſſimos poſt pœnitentiam ubi duplica
ta & triplicata matrimonia niſi q̃ in eo bigami & tri/
gami dolere non debent quia idem ſcortator & pœ/
nitens in regno cœlorum etiam uirginibus adequat.
Proponam igit manifeſtioribus uerbis & habentib9
aliquam conſequentiam argumenta eius & exempla
de nuptiis. eodẽq; ordine omnia quæ ab eo dicta ſunt

digeram. Nec moleſtum lectori ſit. ſi nauſeam eius & uomitum legere compellatur. Libentius anthidotuꝫ chriſti libet: cum diaboli uenena præceſſerint. Audite patienter urgines: audite quæſo uoluptuoſiſſimum cõ cionatorem immo quaſi Sirenarum cãtus & fabulas clauſa aure trãſite: ueſtras ferte pauliſper iniurias: pu/ tate uos cum domino crucifixas: phariſeorum audite blaphemias. Capi. III

Q Mat. 19. ubi ſupra Genñ. 1.

RIma inquit dei ſententia eſt: ꝓpter qd̃ dimittet homo patrem & matrem ſuam: & adhærebit uxori ſuæ & erunt duo in car ne una: ac ne forte diceremus hoc ſcriptũ in ueteri teſtamento: aſſerit a domino quoq; idipſum in euangelio confirmari: qd̃ deus cõiunxit homo nõ ſeparet: ſtatimq; ſubnectit Creſcite & multiplicamini & replete terrã & ꝓ ordinẽ replicat Enos: Seth Cainã Malalehel: Iareth: Enoch: Matuſalem: Lamech: Noe omnes habuiſſe uxores & ex dei ſentẽtia filios ꝓcreaſ/ ſe: quaſi gñationis ordo & hiſtoria conditionis huma næ ſine coniugibus & liberis potuerit enarrari. Iſte in quit eſt Enoch qui ambulauit cum deo & raptus ĩ cœ/ lum eſt. iſte Noe qui cum eſſent utiq; multi uirginesꝓ pter ætatem: ſolus cum filiis & uxoribus naufrago or be ſaluatus eſt. Rurſus poſt diluuium quaſi altero prĩ cipio generis humani uirorum & uxorum paria iungũ tur: & ex integro generationis ĩſtauratur benedictio: Creſcite & multiplicamini & replete terram. Inſuper etiam comedendaꝝ carnium licentia relaxatur. Et oẽ quod mouetur uobis erit in eſcam ſicut olera herbaꝝ dedi uobis uniuerſa currit ad Abraam Iſaac & Iacob. Ex quibus prior trigamus: Secũdus monogamus. Ter tius quattuor uxorum eſt: Liæ: Rachel Balæ: Zelphæ & aſſerit Abraam ob fidei meritum benedictionem in generatione filii accepiſſe Saram in tyrum eccleſiæ: qui defecerãt muliebria. maledictionẽ ſterilitatis par/ tus benedictione mutaſſe: q; Rebecca ierit quaſi ꝓphe/ tes interrogare dominum: & audierit ab eo: duæ gen/ tes & duo populi ĩ utero tuo ſunt: q; iacob in uxore ſer uierit: & exiſtimante Rachel uiri eſſe dare liberos: ac dicente: da mihi liberos ſi non moriar. Reſponderit nunquid pro deo ego ſum qui in te concluſit? In tãtũ inquit ſciebat fructus nuptiarum eſſe domini: nõ ma/ riti. Quod Ioſeph uir ſanctus atq; caſtiſſimus & oẽs patriarchæ uxores habuerint quibus ꝓ moyſeꝫ æqua/ liter benedicat deus. Iudam quoq; ꝓponit & Thamar & occiſum Onan perſtringit a domino quia fratri in uidens ſemen nuptiaꝝ dedita opera pdebat. Moyſen ꝓponit & Mariæ lepraꝫ quæ fratri ꝓ uxore detrahens illico dei ultione pcuſſa eſt Laudat Sampſon & uxo/ rium Nazareum miris effert p̃coniis. Delboram quo/ q; replicat & Barach: q; abſq; uirginitatis bonis Siſa/ ram & Iabin & currus ferreos debellarint. Iabel uxo/ rem Haber Cynei deducit in medium: & palo armatã prædicat manũ. inter ieptæ patreꝫ & filiã uirginẽ quæ ĩmolata ſit dño: dicit nullam fuiſſe diſtantiã quin po/ tius fidem patris p̃fert ei: quæ cæſa ſit lugẽs. Venit ad Samuel alterum Nazareũ dñi: qui ab infantia nutrit9 in tabernaculo eſt domini: & ueſtitus eſt æphodbad: quod interp̃tatur ueſtibus lineis: dicitq; eos filios pro creaſſe: nec ſacerdotalẽ pudicitiã uxoris ĩminutaꝫ eſſe complexu. Booz cum ſua Ruth in area collocat: & leſ ſe ac Dauid inde ꝓducit. ipſumq; Dauid ducẽtis p̃pu/ tiis etiã cum uitæ periculo regis filiæ quæſiſſe cõcubit9 Quid dicaꝫ de ſalomone quẽ ponẽs in cathalogo ma R ritorum imaginẽ aſſerit ſaluatoris? & de illo uult eſſe ſcriptum: Deus iudiciũ tuũ regi da: & iuſticiã tuã filii ps. 71. regis. Et dabitur ei de auro arabiæ: & adorabunt ꝓ eo ſemper: ac repente tranſcendit ad Helyam & Helyſeũ & narrat quaſi grande myſterium q; requieuerit ſpũs Heliæ ĩ helyſeo & cur hæc dixerit. tacet niſi forte Helyã quoq; & Helyſeum uxores habuiſſe arbitrat. Tranſit ad Ezechiam. Et cum in eius laudibus ĩmoretur miror cur oblitus ſit dicere ãmodo filios faciam ioſiã uirum ſanctiſſimũ: ſub quo in templo deuteronomii liber re pertus eſt. Ab Holda uxore Sellum inſtructum refert Daniel quoq; & tres pueros iter maritos ponit: & ad euãgelium repẽte tranſcendẽs Zachariam & Elyſa. beth: Petrum ponit & ſocrum eius: cæteroſq; apl̃os Et cõſequenter infert dicens: Si autẽ uoluerĩt aſſume/ re uanã defenſiõeꝫ & obtẽdere q; rudis mũdus eguerit ĩcremẽto audiant Paulũ loquentẽ. Adoleſcẽtiores ui 1. Thi. duas uolo nubere & honorabiles nuptiæ & cubile im maculatũ: & mulier allĩgata eſt uiro q̃diu uiuit. Si aũt mortu9 fuerit nubat cui uult tãtũ in dño. Et Adã non eſt ſeductus: mulier aũt ſeducta facta eſt ĩ p̃uaricatõeꝫ ſalua aũt fiet ꝓ filiorũ gñationẽ ſi pmãſerĩt ĩ fide & di lectõe & ſãctificatõe cũ ſobrietaie. Certe ceſſet hic illd̃ apl̃icũ & q habẽt uxores ſic ſint q̃ſi nõ habeãt niſi for 1. Cor. 7 te dicatis ꝓpterea eas nubere qa iã cõuerſæ ſunt retro poſt Sathanã q̃ſi ex uirginib9 nulla cadat & nõ ſit ea/ ruꝫ maior ruina. Ex quo maĩfeſtũ ẽ uos Manicheoruꝫ dogma ſectari ꝓhibentium nubere & ueſci cibis quos deus creauit ad utẽdũ cauterizatã habẽtiũ cõſcientiã. Et poſt multa q̃ nũc ocioſum ẽ reuoluere excutit ſe q̃ſi in locum rethoricum: & facit apoſtraphã ad uirginẽ dicens nõ tibi facio uirgo iniuriã: elegiſti pudicitiã ꝓ/

pter p̄ſentē neceſſitatē: placuit tibi ut ſis ſancta corpo
re & ſpiritu: nō ſuperbias: eiuſdem eccleſiæ membrū
es: cuius & nuptæ ſunt. Capi. IIII

Similmius fortaſſe fuerim in expoſitiōe ꝓpoſi/
tionū eius: & legēti faſtidiū fecerim: ſi uti
le ratus ſunt cūcta molimina eius quaſi in
ſtructā aciē cōtra me ꝓponere: & totū ho/
ſtilē exercitū cū ſuis turmis ac ducibus cōgregare: ne
poſt primā uictoriā alia mihi deinceps p̄lia naſceren
tur. Igit̄ nō dimicabo cōtra ſingulos: nec paucoꝝ ero
paſſim cōgregatione cōtētus: toto certādū eſt agmīe:
& incōpoſiti hoſtiū cunei: ac latrocinii more pugnan
tes: inſtructa ac ordinata acie repellēdi. Apponā ī pri
ma frōte ap̄lm Paulū & fortiſſimū ducem ſuis telis. i.
ſuis armabo ſentētiis: ſciſcitātibus em̄ ſup hac queſtio
ne Corinthiis: pleniſſime reſpōdit doctor gentium &
magiſter eccleſiæ: quicquid ſtatuerit hic xp̄i in eo lo/
quentis legē putemus. Simulq; ne lectoris tacita cogi
tatio cū cœperimus ſingula quæ ꝓpoſita ſunt diluere
ſemp ad ap̄lm ſe reſeruet. & ſtudio ualidiſſimarū quæ
ſtionū priora negligēs ad extrema feſtinet. Inter cæte
1.Cor.7. ra Coríthii p litteras quæſierāt: utrū poſt fidē xp̄i cœ
libes eſſe deberēt. & cōtinētiæ cā quas habebāt uxores
dimitterēt. An ſi uirgines credidiſſent inirēt matrimo
nia? Et cū ex duobus ethnicis unus credidiſſet in xp̄m
utrū nā credēs derelinq̄ret nō credētē? Et ſi eſſent du/
cēdæ uxores xp̄ianas tm̄ accipi iuberet: an & ethnicas
Videamus igit̄ quid ad hæc Paulus reſpōderit: de his
aūt quæ ſcripſiſtis mihi: bonū eſt hoī mulierē nō tāge
re: ꝓpter fornicatōes aūt unuſq̄ſq; uxorē ſuā habeat:
& unaquæq; uirū ſuū habeat: uxori uir debitū reddat:
ſimiliter & uxor uiro: uxor ꝓprii corporis nō h3 ptātē
ſed uir ſimiliter & uir ꝓprii corporis ſui nō h3 poteſta
tē ſed mulier. Nolite fraudare inuicē: niſi forte ad tē
pus ex cōſenſu uacetis orationi. Et iterū ad ip̄m reuer
timini ne tentet uos ſathanas ꝓpter ícōtinētiā ueſtrā.
Hoc aūt dico iuxta ídulgētiā: nō iuxta ípiu3. Volo em̄
oēs hoíes eē ut meip̄m: ſi3 unuſq̄ſq; ꝓpriū donū h3 ex
deo ali9 qdē ſic. ali9 aūt ſic. Dico aūt ínuptis & uiduis
bonū ē eis ſi ſic pmāſerít ut ego. Si aūt ſe nō cōtinēt nu
bāt meli9 ē em̄ nubere q̄ uri. Reuertamur ad caput te
ſtimonii. Bonū eſt inq̄t hoí mulierē nō tāgere: malū ē
ergo tāgere: nihil em̄ bono cōtrariū ē: niſi malū. Si au
tem malum eſt & ignoſcit̄. ideo cōcedit̄: ne malo qd
deterius fiat: quale em̄ illico bonū eſt qd̄ cōditiōe de
T terioris cōcedit̄? Nunq̄ em̄ ſubiecisſet unuſquiſq; uxo/
rem ſuā habeat. niſi p̄miſiſſet ꝓpter fornicationē autē
Tolle fornicatōes. & nō dicet unuſquiſq; uxorem ſuā
habeat. uelut ſiquis diffiniat. Bonum eſt triticeo pane
ueſci. & edere puriſſimam ſimilā. Tamen ne quis cō/
pulſus fame comedat ſtercus bubulū. cōcedo ei. ut ue
ſcat̄ ordeo. Nunqd iccirco frumētum nō habebit pu/
ritatē ſuā. ſi fimo ordeū p̄ferat̄. Bonū ē illud naturaliꝝ
qd̄ cōparationē nō h3 mali. qd̄ p̄latiōe alteri9 nō ob
umbrat̄. Siſq; aīa duertēda ē ap̄li prudētia. Nō dixit bo
nū ē uxorē nō habere: ſed bonū ē mulierē nō tāgere. q̄
ſi & in tactu periculū ſit. quaſi qui illā tetigerit nō eua
dat. quæ uiroꝝ p̄cioſas aīas capit. quæ facit adoleſcē/
tiū euolare corda. Alligabit qs in ſinu ignem. & non
cōburet̄? Aut ambulabit ſup carbones ignis & nō ar/
debit. Quō igit̄ q ignem tetigerit ſtatim adurit̄. ita ui
ri tactus & fœminæ ſentít naturā ſuā. & diuerſitatem
ſexus intelligit. Narrāt & gentiliū fabulæ Mitrā & eri Oui. me/
chtonium uel in lapide uel in terra. de ſolo eſtu libi/ tha. li. 2.
dinis eſſe generatos. Vnde & noſter ioſeph. qa tange fa. 14.
re nolebat illā ægyptiā fugit ex manibus eius. & qua/
ſi ad morſum rabidiſſimæ canis. ne pauliſper uir9 ſer
peret. palliū qd̄ tetigerat abiecit. Propter fornicatio/
nem aūt unuſq̄ſq; uxorem ſuā habeat. & unaquæq; ui
rū ſuū habeat. Nō dixit unuſq̄ſq; ꝓpter fornicationeꝝ
uxorē ſuā ducat. alioquin hac excuſatione libidini fre
na laxaſſet. ne quotienſcūq; uxor morit̄. totiens ducē
da ſit alia. ne fornicemur. ſed unuſq̄ſq; uxorē ſuā ha/
beat. ſi eā inquit habeat. ſua utat̄. quam habebat an/
teq̄ crederet. quam bonum erat non tāgere. & poſt fi
dem xp̄i ſororē tm̄ noſſe. non cōiugem. niſi fornica/
tio tactū eius excuſabileꝝ faceret. Vxor ꝓprii corporis
nō habet poteſtatem: ſed uir. ſimiliter & uir ſui corpo
ris nō habet poteſtatē. ſed uxor. Omnis hæc quæſtio
de his ē q in matrimonio ſunt an eis liceat uxores di
mittere. qd̄ & dñs in euangelio ꝓhibuit. Vñ & apoſto V
lus ait. Bonum eſt mulierem non tāgere. Sed quia q
ſemel duxit uxorem. niſi ex conſenſu non ualet ſe ab
ſtinere. nec dare repudium non peccanti. reddat con
iugi debitū qa ſpōte ſe alligauit ut reddere cogeretur
Nolite fraudare inuicē. niſi forte ex cōſenſu ad tp̄s ut
uacetis orationi Oro te quale illud bonum eſt. quod
orare ꝓhibet? Quod corpus xp̄i accipi non permittit
Quādiu impleo mariti officium non impleo cōtinen
tis. Iubet idē apoſtolus in alio loco. ut ſemper orem9 1.theſ.5.
Si ſemp orādū eſt. nūq̄ ergo cōiugio ſeruiēdum. quo
niam quotienſcūq; uxori debitum reddo. orare non
poſſum. Petrus apoſtolus experimentum habens con 1.Pe.3.
iugalium uinculorum. uide quo modo informet ec/
cleſiam. quid doceat chriſtianos. ſimiliter uiri coha/
bitantes iuxta ſciētiā. quaſi infirmiori uaſculo mulie/

bri tribuentes honorem: & ſicut cohæredes multipli/
cis gratiæ: ut non impediant orationes uestræ. Ecce eodē
ſenſu quia eodem & ſpū impediri dicit orationes offi/
cio coniugali: Quod autē ait ſimiliter: iccirco ad imi
tationem prouocauit uiros quia iam ſupra uxoribus
præceperat dicens: Vt uideant uiri in timore caſtā ue
ſtram conuerſationem quarum ſit non exterius com/
poſitio criniū & diſtinctio auri: & in cultu ueſtis ornat9
ſed abſconditus cordis homo in corruptione mitis &
ſilentis ſpiritus hoc ē deo placens. Cernis quale cōiu/
gium inter uiros uxoreſq; præcipiat? Cohabitantes iu
xta ſcientiā: ut nouerim quid uelit: qd deſideret de9
& tribuāt honorē uaſculo muliebri: ſi abſtinem9 nos
a coitu: honorē tribuimus uxoribus: ſi nō abſtinemus
perſpicuum eſt honori contrariam eſſe contumeliam
Ad uxores quoq; ut uideant inquit uiri caſtā conuer
ſationem ueſtram & ornatum in abſcōdito cordis ho
mine in incorruptione mitis & ſilentis ſpiritus. O ue/
re digna uox apoſtoli & petra xp̄i: Maritis uxoribuſq;
dat legem damnato carnis ornatu caſtitatem prædi/
cat: & ornatum interioris hominis in incorruptione:
mitis & ſilentis ſpiritus: quodāmodo hoc dicēs: Quo
niam exterior ueſtes homo corruptus eſt: & beatitudi
nem incorruptionis quæ propriū uirginum eſt habe
re deſiiſtis imitamini incorruptionem ſpiritus ſaltem
per ſeram pœnitentiā & quod corpore non poteſtis
mente præſtate. Has enim chriſtus diuitias: & hos ue/
ſtræ coniunctionis quærit ornatus: Verum ne quis pu
tet ex eo quod ſequitur: ut uacetis orationi: & iterū re
uerti eos ad idipſum apoſtolum uelle: & non propter
maiorem ruinam hoc concedere: ſtatim infer: ne ten/
X tet uos Sathanas propter incontinentiam ueſtrā. Pul
chra nimirum indulgentia: & iterum q̄ ad idipſum re
uerti concedit q̄ erubeſcit ſuo uocare nomine quod
tentationi præfert Sathanæ: q̄ cauſam habet in ſe cō/
tinentiam laboramus quaſi obſcurum differere cū ex
poſuerit ſe ipſe qui ſcripſit. Hoc autem inquit dico iu/
xta indulgentiam non iuxta imperium: & muſitamus
adhuc nuptias non uocare indulgentiam: ſed præce/
ptum: quaſi non eodem modo & ſecūda & tertia ma/
trimonia concedantur: quaſi non & fornicatoribus p
pœnitentiā fores aperiātur eccleſiæ Quodq; his ma
ius inceſtis: nam illum uiolatorem nouercæ: quem in
prima ad corinthios æpiſtola tradiderat Sathanæ in
interitum carnis: ut ſpiritus ſaluus fieret: in ſecūda cō
trahit: & ne abundantiori triſticia abſorbeatur frater
laborat. Aliud eſt uelle quid apoſtolum: aliud eſt ig/
noſcere in uolūtate promeremur: in uenia abutimu r

Vis ſcire quid uelit apoſtolus? Iunge quod ſequitur?
Volo autem omnes homines eſſe ut meipſum Beatus
qui Pauli ſimilis erit. Fœlix qui audit apoſtolū præci/ 1. Cori. 4
pientē: non ignoſcentē. Hoc inquit uolo: hoc deſide/
ro. ut imitatores mei ſitis: ſicut & ego xp̄i ille uirgo de
uirgine: de incorrupta incorruptus: Nos qa hoīes ſu/
mus: & natiuitatē ſaluatoris nō poſſumus imitari: imi
temur ſaltē conuerſationē. illud diuinitatis eſt & bea/
titudinis: hoc humanæ cōditionis eſt & laboris. Volo
oēs homines ſimiles mei eſſe: ut dū mei ſimiles ſunt: ſi
miles fiant & xp̄i: cuius ego ſimilis ſum. Qui em̄ i xp̄m 1. Iob. 2.
credit debet ſicut ille ābulauit & ipſe ambulare. Sed
unuſq̄ſq; ꝓprium donū habet ex deo: alius quidē ſic
alius autē ſic. Quid inquit uelim perſpicuum eſt: Sed
qm̄ in eccleſia diuerſa ſunt dona: cōcedo & nuptias
ne uidear dānare naturam. Simulq; cōſidera q̄ aliud
donū uirginitatis ſit: aliud nuptiarū. Si em̄ eadē eſſet
merces nuptiarū & uirginū: nunq̄ dixiſſet poſt p̄ceptū
cōtinentiæ: ſed unuſq̄ſq; propriū habet donū ex deo
alius quidē ſic: alius autē ſic. Vbi ꝓprietas ſingulorū
eſt: ibi altrinſecus diuerſitas: Concedo & nuptias eſſe
dei donū ſed inter donū & donum magua diuerſitas
eſt. Deniq; & apoſtolus de eodē poſt inceſtū pœnitē/
tiæ ecōtrario inquit: Donate ei & cōſolamini: & ſi cui 2. Cor. 2
aliq̄d donaſtis: & ego. Ac ne putaremus donū homi
nis eſſe cōtinendū addidit. Nā & ego quid donaui ꝓ Geñ. 37
pter uos corā xp̄o ſed qd donaui? Diuerſa ſunt dona
xp̄i. Vñ & Ioſeph i typo eius uariā habet tunicā. Et in
pſalmo quadrageſimoquarto legimus. Aſtitit regina
a dextris tuis in ueſtitu deaurato circūdata uarietate:
Et petrus ap̄ls ſicut cohæredes ait multiplicis gratiæ 1. Pe. 3.
dei. Quod ſignificātius græce dicitur. ποικιλης id eſt.
uarie. Sequit. Dico autē innuptis & uiduis Bonum eſt
eis ſi ſic permāſerint ut ego. Si autē nō ſe cōtinent nu
bāt. Melius em̄ eſt nubere q̄ uri. Poſtq̄ nuptis cōceſ/
ſerat uſum cōiugii: & oſtēderat ipſe quid uellet qdue
concederet: tranſit ad nuptas & uiduas: & ſui propo/
nit exemplum: & fœlices uocat ſi ſic permanſerint: Si
aūt nō ſe continent nubant idipſum qd ſupra: ꝓpter
fornicationes aūt & ne tētet uos Sathanas ꝓpter incō
tinentiam ueſtram. Reddidiq; cauſam cur dixerit ſi ſe
non continent nubant. Melius eſt enim nubere q̄ uri
id eſt melius nubere quia peius eſt uri. Tolle ardorē
libidinis: & nō dicet: melius eſt nubere. Melius enim Y
ſemper ad comparationē deterioris reſpicit non ad
ſimplicitatem incomparabilis per ſe boni. uelut ſi di/
ceret. Melius eſt unum oculum habere q̄ nullum.
Melius eſt enim uno inniti pede: & alteram partē cor

poris baculo ſuſtentare q̄ fractis cruribus repe. Quid
2.Co.11. ais apoſtole? Non tibi credo dicēti: & ſi imperitus ſer
mone: non tamen ſciētia. Quomodo illud de humi/
1.Cor.15 litate deſcendit: qui nō ſum dignus uocari apoſtol9:
ubi ſupra & mihi minimo omnium apoſtolorum & tanq̄ abor
tiuo: ſic & hoc humilitatis dictum puto: noſti ſermo/
num proprietates. Quamobrem & de Epimenide &
de Menandro & de Arato quædam ſumis teſtimo/
nia: ubi de continentia loqueris & uirginitate. Bonū
eſt ais homini mulierem non tangere: & bonū eſt eis
ſi ſic permanſerint ut ego: & puto hoc bonum eis eſſe
propter inſtantem neceſſitatem: & quia bonu3 eſt ho
mini ſic eſſe: ubi ad nuptias ueniens non dicis bonu3
eſt nubere: quia non potes iungere q̄ uri: ſed dicis.
Melius eſt nubere q̄ uri. Si per ſe nuptiæ ſunt bonæ:
noli illas incēdio comparare: ſed hic ſimpliciter: bo/
nu3 eſt nubere. Suſpecta eſt mihi bonitas eius rei: quā
magnitudo alterius mali cogit eſſe malum inferius.
Ego autem nō leuius malum: ſed ſimplex per ſe bonū
uolo.

Capi. V

ZVcuſq; primum capitulum ediſertum eſt:
ueniamus ad ſequentia. His autē3 qui ma
trimonio iuncti ſunt præcipio nō ego ſed
dominus: uxorem a uiro non diſcedere.
Quod ſi diſceſſerit: manere innuptam: & uiro ſuo re/
conciliari: aut uir uxorem ſuam non dimittat. Nā cæ/
teris ego dico non dominus. Si quis frater uxorem ha
bet infidelem: & hæc conſentit habitare cum illo: nō
dimittat illam: & cætera uſq; ad eum locum ubi ait.
Vnuſquiſq; ſicut uocauit eum deus. ita ambulet. Et ſi
cut in omnibus eccleſiis doceo: hic locus ad præſen/
tem controuerſiam non pertinet. Docet em̄ iuxta ſen
tentiam domini uxorem excepta cauſa fornicationis
non repudiandam: & repudiatam a uiro: marito alte
ri non nubere: aut certe uiro ſuo reconciliari debere.
His autem quos in matrimonio deprehendiſſet fides
hoc eſt ſi unus credidiſſet de duob9. p̄cepit ne credēs
repudiet nō concedentem. Cauſiſq; expoſitis q; candi
datus fidei ſit infidelis: ſi nolit a credente diſcedere.
Econtrario iubet ſi infidelis repudiet fidelem ꝓpter
fidem xp̄i: diſcedere debere credentem: non coniugē
præferat chriſto: cui etiam anima poſtponenda eſt.
At nunc plæræq; contēnentes apoſtoli iuſſionem: iū/
guntur gentilibus: & templa chriſti idolis ꝓſtituunt:
nec intelligūt ſe corporis eius partem eſſe: cuius & co
ſtæ ſunt. Ignoſcit apoſtolus infidelium coniunctioni
quæ habentes maritos in chriſtum poſtea crediderūt
nō his quæ cū xp̄ianæ eſſent: nupſerūt gentilibus; ad
quas alibi loquit̄. Nolite iugum ducere cum infideli 2.Cor.6.
bus. Quæ em̄ participatio iuſticiæ cum iiquitate? Aut
quæ ſocietas luci ad tenebras? Quæ autē cōuētio xp̄i
ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui autē
conſenſus templo dei cum idolis? Vos em̄ eſtis tem/
plum dei uiui: licet em̄ i me ſæuituras ſciam plurimas
matronarum: licet eadem impudētia qua dominum
contempſerunt: in pulicem & omnium chriſtianorū
minimum debacchaturas: tamen dicam quod ſentio
loquar quod me apoſtolus docuit: non illas iuſticiæ
eſſe: ſed iniquitatis: non lucis: ſed tenebrarum nō xp̄i
ſed Belial non templa dei uiuentis: ſed fana & idola
mortuorum. Vis apertius diſcere q; chriſtianæ omni/
no nō liceat ethnico nubere: audi eundem apoſtolū
Mulier inquit alligata eſt quanto tempore uir eius ui
uit q; ſi dormierit uir ei9 liberata eſt. cui uult nubat tā
tū in domino. id eſt chriſtiano qui ſecundas tertiaſq;
nuptias concedit in domino: primas cum ethnico ꝓ/
hibet. Vnde Abraam adiurat ſeruum ſuum in fœmo Geñ.24.
re ſuo: hoc eſt in xp̄o qui de eius ſemine erat naſcitur9
ut filio ſuo iſaac alienigenam nō adducat uxorem. Et
Eſdras offenſam dei huiuſcemodi uxoru3 repudiatio 1.Eſd.10
ne cōpeſcit. Et Malachias propheta. Preuaricatus eſt Mal.2.
inquit iudas: & abominationem fecit in iſrael & i Hie
ruſalem. Polluit em̄ ſanctum domini. & dilexit & ha
buit filiam dei alieni. diſperdat dominus uirum q fe/
cerit hoc. magiſtrum & diſcipulum. & de tabernacu/
lis iacob. & offerentem munera domino uirtutū. Hæc
iccirco dixi. ut qui nuptias uirginitati comparāt. ſciāt
ſaltem tales nuptias digamiæ & trigamiæ ſubiicien/
das.

Capi. VI

AD ſuperiorem diſputationem in qua do/ A
cuerat fidelem ab infideli non debere di/
ſcedere. ſed permanere in matrimonio. ſi
cut eos inueniſſet fides. & unūquemq; uel
cœlibem uel maritum ita durare ut eſſet chriſti baptiſ
mate deprehenſus. infert ſubito parabolas circunciſi
& ethnici ſerui & liberi. & ſub methaphora earum de
nuptis diſputat & innuptis circūciſus aliquis uocatus
eſt. non adducat præputium. In præputio uocatus eſt
non circuncidatur. Circunciſio nihil eſt. & præputiū
nihil eſt. ſed obſeruatio mandatorū dei eſt. Vnuſq̄ſq;
in q̄ uocatōe uocat9ē. in ea pmaneat. Seru9 uocat9es
non ſit tibi curæ. ſed ſi potes liber fieri magis utere.
Qui enim in domino uocatus eſt ſeruus. libertus eſt
domini. Similiter & qui liber uocatus eſt ſeruus eſt
chriſti. precio empti eſtis: nolite fieri ſerui homi/
num. Vnuſquiſq; ergo in quo uocatus eſt frater. ineo

permaneat apud deum. Ac primū qa nōnullos hanc intelligentiam repræhēſuros arbitror: interrogare libet quæ ſit conſequentia: ut de maritis & uxoribus diſputans repente tranſiret ad comparationē iudæi & ethnici: ſerui & liberi. Et rurſum hac diſputatione finita rediret ad uirgines dicens. De uirginibus autem præceptum domini non habeo. Quid ſibi uult inter coniugia & uirginitatē iudæi & ethnici: ſerui liberiq; collatio? Secundo quomodo poſſit intelligi: circunciſus aliquis uocatus eſt: non adducat præputium. Nūquid qui ſemel amputatum habet præputium: poteſt ſi uelit rurſus illud adducere? Deniq; quo ſenſu exponendum ſit: qui ēm in domino uocatus eſt ſeruus: libertus eſt domini? Similiter q liber uocatus eſt: ſeruus eſt xp̄i? Quarto quomodo ille qui præcepit ſeruis obedire dominis carnalibus: nunc dicat. Nolite fieri ſerui hominum? Ad extremum quid pertineat ad ſeruitutem uel circunciſionem: unuſquiſq; uocatus eſt frater: in eo permaneat apud deum. nā & contrariū eſt ſuperiori ſententiæ. Si ēm illud audiuimus: Nolite fieri ſerui hominum: qua ratione poſſumus in ea pmanere uocatione qua uocati ſumus? cum multi crediderint habentes carnales dominos: quibus nunc ſeruire prohibentur. Porro ad circūciſionem quid facit pmanere in ea uocatiōe: in qua uocati ſumus: cum in alio loco idem apoſtolus clamitet. Ecce ego Paulus dico
Gal. 5. uobis: quoniam ſi circūdamini: Chriſtus uobis nihil proderit. Reſtat igit̄ ut circūciſio & p̄putium: ſeruus & liber ſuperiori ſenſui coaptent̄: & de antecedenti/
B bus pendeāt. Circūciſus aliquis uocatus eſt: non adducat p̄putium. Eo inquit tempore quo uocatus es: & credidiſti in xp̄m. Si circūciſus uocatus es ab uxore: & cœlebs eras: noli ducere uxorē: hoc eſt noli adducere p̄putium: nec circūciſionis & pudicitiæ libertatem oneres ſarcina nuptiarū. Rurſuꝫ ſi i p̄putio qs uocat⁹ eſt: nō circūcidat̄: Habebas inquit uxorē cū credidiſti Noli fidem xp̄i putare cauſam diſſidii: ſed in pace uocauit nos deus: circūciſio nihil eſt & p̄putiū nihil ē: ſꝫ obſeruatio mādatorum dei. Nihil ēm prodeſt abſq; operibus cœlibatus & nuptiæ: cum etiam fides quæ pprie xp̄ianorum eſt: ſi opera non habuerit: mortua eſſe dicat̄. Et hac lege uirgines quoq; ueſtæ & iunionis uniuiræ in ſanctaruꝫ queant ordine numerari. Vnuſq;q; in qua uocatione uocatus eſt: in ea permaneat. Quādo credidit: ſiue habebat ſiue nō habebat uxorem: in eo permaneat quo uocatus eſt. Ac per hoc nō tam uirgines cogit ut nubāt: q̄ repudia prohibet. Et ſicut habentibus uxores tollit licentiam dimittēdi eas ſic uirginibus nubendi amputat̄ facultatem. Seruus uocatus es: nō ſit tibi curæ: ſed & ſi potes liber fieri magis utere. Etiam ſi habes inquit uxorem: & illi alligat⁹ es & ſoluis debitum: & nō habes tui corporis poteſtatē: atq; ut manifeſtius loquar: ſeru⁹ uxoris es: noli ꝓpter hoc habere triſticiam: nec de amiſſa uirginitate ſuſpires. Sed etiam ſi potes cauſas aliquas inuenire diſſidii ut libertate pudicitiæ perfruaris. Noli ſalutem tuaꝫ cū interitu alterius quærere habeto pauliſper uxoreꝫ nec præcurras morantem. Expecta duꝫ ſequitur. Si egeris patienter. coniunx mutabitur in ſororem. Qui ēm in domino uocatus eſt ſeruus. libertus eſt domini. Similiter qui liber uocatus eſt. ſeru⁹ eſt xp̄i. Reddit cauſas cur nolit uxores deſeri. Iccirco ait præcipio ut in xp̄m de gentilitate credētes. inita ante fidem matrimonia non relinquant. quia qui uxorem habēs credidit. nō tanto fidei ſeruitio detinetur. quanto uirgines & i nuptæ. Sed quodammodo eſt liberior. & ſeruitutis illi frena laxantur. Et dum uxoris eſt ſeruus (ut ita dicā) libertus eſt domini. Porro qui uxorem non habēs credidit. & liber a ſeruitute coniugii uocatus eſt a domino. ille uere ſeruus eſt chriſti. Quanta fœlicitas non uxoris ſeruum eſſe. ſed chriſti. Non carni ſeruire ſꝫ ſpiritui? Qui ēm adhæret domino unus ſpirit⁹ eſt. Ac ne forſitan in eo quod ſupra dixerat. ſeruus uocatus es: non ſit tibi curæ. ſed & ſi potes liber fieri magis utere ſigillaſſe continētiam uideretur. & in famulatuꝫ nos tradidiſſe coniugium. infert ſententiam quæ omnem cauillationem amputet. Precio empti eſtis. nolite fieri ſerui hominum. Redempti ſumus precioſo ſanguine xp̄i. immolatus eſt p nobis agnus. & aſperſi calidiſſimo rore yſopi. omnem pituitam noxiæ uoluptatis excoximus. Quibus in baptiſmate mortuus eſt Pharao. & uniuerſus eius ſuffocatus eſt exercitus. Cur rurſum ægyptum quærimus. & poſt manna angelorū cibum. allia & cepe & pepones. & carnes uarias ſuſpiramus?

Capm VII

C Maritorum & continentium diſputatiōe p̄miſſa. tandem ad uirgines uenit & ait. De uirginibus autem præceptum domini nō habeo. conſilium autem do. tanq̄ miſericordiam conſecutus a domino. ut ſim fidelis. Aeſtimo ergo hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem. quoniam bonum eſt homini ſic eſſe. Hic aduerſarius tota exultatiōe bacchatur. Hic uelut fortiſſimo ariete uirginitatis murꝰ q̄tiēs. Ecce inqt apls p̄fitet̄ de uirginibus domini ſe nō habere p̄ceptū. & q cū aucto

ritate de maritis & uxoribus iuſſerat:non audet impe/
rare quod dominus non præcepit.Et recte quod enim
precipitur:imperatur:quod imperatur neceſſe eſt fieri
quod neceſſe eſt fieri:niſi fiat pœnam habet. Fruſtra
enim iubetur:quod in arbitrio eius ponitur cui iuſſum
eſt.Si uirginitatem dominus imperaſſet: uidebaſ nu/
ptias condemnare & hominũ auferre ſeminariũ:Vn/
de & ipſa uirginitas naſcitur.Si præcidiſſet radicem
quomodo fruges quæreret? Niſi ante fundamenta fe/
ciſſet:qua ratione ædificium extrueret: & operturum
cuncta deſuper culmeꝫ imponeret? Multo labore foſ
ſorum ſubuertuntur montes : terrarum pene interna
penetrantur: ut inueniatur aurum . Cumq; de granis
minutiſſimis prius cõflatõe fornacis:deinde calida ar
tificis manu fuerit monile compactum.Non ille bea/
tus uocatur qui de luto extulit:ſed qui auri utitur pul/
chritudine.Noli igitur admirari inter titillatiõem car
nis:& ĩcentiua uitiorũ: Angelorum uitam non exigi
mur:ſed docemur:quia ubi conſilium datur offeren/
tis arbitriũ eſt:ubi præceptuꝫ :neceſſitas ſeruiẽtis.Præ/
ceptum inquit domini: non habeo: conſilium autem
do tanquam miſericordiam conſecutus a domino. Si
non habes præceptum domini:quare audes dare con
ſilium de quo non habes iuſſionem? Reſpondebit mi
D hi apoſtolus : Et uis ut ego iubeam quod dominus ob
tulit potius q̃ precepit? Ille creator & figulus ſciẽs fra/
gilitatẽ uaſculi qđ operatus eſt uirginitatem in audiẽ
tis poteſtate dimiſit:Et ego doctor gẽtiũ qui omnibus
omnia factus ſum ut omnes lucrifacerem onus perpe
tuæ caſtitatis ſtatim in principio credẽtiũ imponã cer/
uicibus infirmorum? Diſcant prius ferias nuptiarum:
uacent ad tempus orationi ut accepto guſtu pudicitiæ
id ſemper habere deſiderent quo ad modicũ delectati
Mat.19. ſunt.Dominus temptatus a phariſæis utrũ ſcđm legẽ
Moyſi uxores liceret dimittere omnino fieri prohibuit
Quod diſcipuli conſiderãtes dixerũt ei:Si talis eſt cau
ſa hominis cuꝫ uxore non expedit nubere.Quibus ille
reſpondit:Non omnes capiunt uerbũ ſed quibus da/
tum eſt. Sunt eñ eunuchi qui de utero matris ita nati
ſunt : & ſunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati
ſunt:& ſunt eunuchi qui ſe caſtrauerũt propter regnuꝫ
cœlorum:Qui poteſt capere capiat.In propatulo eſt
cur apoſtolus dixit.De uirginibus autem præceptũ do
mini non habeo profecto quia præmiſerat dominus.
Non omnes capiunt uerbũ ſed quibus datũ eſt:& qui
poteſt capere capiat proponit: αγωνοθετας :id eſt nu/
merariis præmiũ ĩnuitat ad curſum.tenet in manu uir/
ginitatis brauiũ oſtendit puriſſimũ fontẽ : & clamitat:
Qui ſitit ueniat & bibat qui poteſt capere capiat. Non
dicit uelitis:nolitis:bibẽdum uobis atq; currendũ:ſed
qui uoluerit.qui potuerit currere atq; potare:ille uicet
ille ſatiabiť.Et ideo plus amat uirgines xp̃s:quia ſpõ/
te tribuunt:quod ſibi non fuerat imperatũ.Maioriſq;
gratiæ eſt offerre quod nõ debeas:q̃ reddere quod exi
geris.Apoſtoli uxoris onere cõtẽplato ſi talis eſt inqui
unt cauſa hominis cũ uxore non expedit nubere quo/
rũ dominus ſentẽtiã probans:Recte quidẽ ſentitis ait
q̃ non expediat homini ad cœlorum regna tendenti
accipere uxorẽ:ſed difficilis res eſt:& nõ omnes capi/
unt uerbũ iſtud uerũ quibus datũ eſt.Alios eunuchos
natura facit.alios uis hominũ.Mihi illi eunuchi pla/
cent quos caſtrauit nõ neceſſitas ſed uoluntas:libẽter
illos in meos ſinus recipio :qui ſe caſtrauerunt ꝓpter
regna cœlorum:& ob meum cultum uoluerũt eſſe qđ
nati ſunt. Simulq; tractanda ſententia. Qui ſe inquit
caſtrauerunt ꝓpter regna cœlorum:ſi caſtrati merce/
dem habent regni cœlorum ergo qui ſe non caſtra/
uerunt:locuꝫ non poſſunt accipere caſtratorum.Qui E
poteſt inquit capere capiat.Grandis fidei eſt: grãdiſ/
q; uirtutis:dei templum eſſe puriſſimum: totuꝫ ſe ho/
locauſtum offerre dño:& iuxta eundem apoſtolum eſ
ſe ſanctum & corpore & ſpiritu.Hi ſunt eunuchi qui ſe
lignum aridum ob ſterilitatem putantes:audiunt per
Eſaiam q̃ pro filiis & filiabus locum in cœlis habeãt
paratum.Horum typus eſt Abdemelech eunuchus in
Hieremia & ſpado ille reginæ Cãdacis in actib9 apl̃o Hier.38.
rum.Qui ob robur fidei uiri nomen obtinuit. Ad hos Act.8.
& Clæmens ſucceſſor apoſtoli Petri cuius Paulus apo
ſtolus meminit ſcribit æpl̃as: omnẽq; ſermonem ſuũ
de uirginitatis puritate cõtexuit:& deiceps multi apo/
ſtolici & martyres & illuſtres tam in ſanctitate q̃ ĩelo
quentia uiri quos ex propriis ſcriptis noſſe pfacile eſt
Exſtimo enim inquit hoc opus bonũ eſſe ꝓpter inſtã/
tem neceſſitatem.Quæ eſt illa neceſſitas quæ ſpero uĩ/
culo cõiugali uirginitatis appetit libertatẽ? Vhe p̃gnã Mat.24.
tib9 & nutriãtibus in illo die . Nõ hic ſcorta :non hic
lupanaria cõdemnanť: de quoꝝ damnatione nulla
dubitatio eſt:ſed uteri tumeſcentes:& infantum uagi/
tus:& fructus atq; opera nuptiarum:qm̃ bonũ eſt ho/
mini ſic eſſe.Si honũ eſt homini ſic eſſe:malũ eſt ergo
homini ſic non eſſe . Alligatus es uxori: noli quærere
ſolutionem.Solutus es ab uxore::noli quærere uxorẽ
Habet unuſquiſq; uoſtrum terminos ſuos.Redde mi/
hi meum:& tuuꝫ tene.Si alligatus es uxori:ne illi des
repudium.Si ſolutus ſum ab uxore:non quæraꝫ uxorẽ
Vt ego non ſoluo coniugia: ſi ſemel ligata ſunt ita tu

non liges quod ſolutum eſt. Simulq; ſignificantia cō/
ſideranda uerborum eſt. Qui uxorē habet: & debitor
dicitur eſſe in præputio: & ſeruus uxoris: & q; malorū
ſeruorum eſt alligatus. Qui autem ſine uxore eſt: pri/
mum nullius debitor: deinde circunciſus: tertio liber
ad extremum ſolutus. Curramus per reliqua neq; em̄
nos patitur magnitudo uoluminis diutius in ſingulis
immorari. Si autem acceperis uxorem non peccaſti.
Aliud eſt nō peccare: Aliud bene facere. Et ſi nupſerit
uirgo non peccauit. Non illa uirgo quæ ſemet cultui
dei dedicauit. Harum enim ſiqua nupſerit habebit dā
nationem. quia primam fidem irritam fecit. Si autem
hoc de uiduis dictum obiecerit quanto magis de uirgi
nibus p̄ualebit? Cū etiā his non liceat quibus aliq̄ li/
cuit. Virgines enim quæ poſt conſecrationem nupſe/
rint: non tam adulteræ ſunt q̄ inceſtæ. Ac ne uideretur
in eo quod dixerat. Et ſi nupſerit uirgo non peccauit:
rurſum cœlibes ad nuptias prouocare ſtatim ſe refre/
nauit: & aliud inferendo infirmauit quod conceſſerat
F dicens. Tribulationem tamen carnis habebunt huiuſ
modi. Qui ſunt iſti qui tribulationem carnis habe/
bunt? quibus ſupra indulſerat. Si acceperis uxorē non
peccaſti: & ſi nupſerit uirgo non peccauit. Tribulatio
nem carnis habebunt huiuſmodi. Nos ignari rerum
putabamus nuptias ſaltem carnis habere læticiam. Si
autem nubentibus etiaꝫ i carne tribulatio eſt: in qua
ſola uidebantur habere delitias: quid erit reliquum p̄
pter quod nubant? Cum in ſpiritu & in anima & in ip/
ſa carne tribulatio ſit. Ego autem uobis parco. Sic ait
Obtendo carnis tribulationeꝫ quaſi nō maiora ſint p̄
pter quæ nubere non debeatis. Igitur hoc dico fratres
Tempus breue eſt. Reliquum eſt ut qui habent uxores
ſic ſint tanquā non habentes. Nequaq̄ iam de uirgini
bus diſputo: quos nulla ambiguitas eſt eſſe fœlices.
Ad Maritos uenio: temp9 breue eſt dominus p̄pe eſt
Etiam ſi noningentis uiueremus annis ut antiqui ho
mines tamen breue putandum eſſet q̄ haberet ali/
quando finem: & eſſe ceſſaret. Nunc uero cum breuis
ſit non tam lætitia q̄ tribulatio nuptiarum quid acce/
pimus uxores quas cogemur cito amittere? Et qui flent
inquit & gaudent: & emunt & utuntur hoc mundo ſic
ſint quaſi non fleant: gaudeant emant utātur hoc mū
do: præterit enim figura huius mundi. Si mundus trā/
ſit: quo uniuerſa clauduntur immo figura & conuerſa
tio huius mundi quaſi nubes præterit inter cætera mū/
di opera nuptiæ præteribunt neq; enim erūt poſt reſur
rectiōem coniugia. Si autem mors finis eſt nuptiarum
cur neceſſitatem nō in uoluntatem uertimus? Et quod
inuitis extorquendum eſt cur non ſpe præmiorum of/
ferimus deo? Qui ſine uxore eſt ſollicitus eſt quæ domi
ni ſunt quomodo placeat deo. Qui autem cum uxore
eſt ſollicitus eſt quæ ſunt mundi quomō placeat uxori
& diuiſus eſt. Intueamur curarū uirginis: maritiq; di/
ſtantias. Virgo domino maritus uxori placere deſide/
rat: & ut uxori placeat: ſolicitus eſt de his que ſunt mū
di quæ cum mundo utiq; tranſitura ſunt: & diuiſus eſt
in multas: ſcilicet ſolicitudinum partes miſeriarumq;
diſtractus: Non eſt huius loci nuptiaruꝫ anguſtias de
ſcribere: & quaſi in communibus locis rhetorico exul
tare ſermone plenius ſuper hac re contra Heluidium:
& in eo libro quem ad Euſtochium ſcripſi arbitror ab
ſolutum. Certe & Tertullianus cum adhuc eſſet ado/
leſcens: luſſit ī iſta materia. Et præceptor me9 Grego
rius Nazanzenus uirginitatem & nuptias diſſerēs græ
cis uerſibus explicauit. Nunc illud breuiter admoneo
in latinis codicibus hunc locum ita legi. Diuiſa eſt uir/
go & mulier quod quanq̄ habeat ſuuꝫ ſenſuꝫ: & a me
quoq; pro qualitate loci ſic ediſertum ſit tamen non
eſt apoſtolicæ ueritatis. Siquidem apoſtolus ita ſcri/
pſit: ut ſupra trāſtulimus. Sollicitus eſt que ſunt mūdi
quomō placeat uxori: & diuiſus eſt & hac ſentētia diffi
nita tranſgreditur ad uirgines & continentes & ait.
Mulier innupta & uirgo cogitat quæ ſunt domini ut
ſit ſancta in corpore & ſpiritu. Non omnis innupta &
uirgo eſt quæ autem uirgo: utiq; & innupta eſt. Quā q̄
ob elegantiam dictionis potuerit idipſum altero uer/
bo repetere: mulier innupta & uirgo uel certe diffinire
uoluiſſe q̄d eſſet innupta. id eſt. uirgo: ne & meretri/
ces putemus innuptas: nulli certo matrimonio copu/
latas. Quid ergo cogitat innupta & uirgo? Quæ domi
ni ſunt: ut ſit ſancta & corpe & ſpiritu. Et ſi nihil aliud
eſſet ut nulla merces uirginem amplior ſequereť ſuffi
ceret ei hæc ſola prælatio cogitate quæ domini ſunt.
Statiq; docet quæ ſit ip̄a cogitatio: ut ſit ſancta & cor/
pore & ſpiritu. Non his ſimilis quarum corpus inte/
grum eſt: & anima corrupta. Sed illa uirginitas ho/
ſtia x p̄i eſt: cuius nec mētē cogitatio nec carnē libido
maculauit. Econtrario quæ nupta eſt cogitat quæ mū
di ſunt: quomodo placeat uiro. Sicut qui uxorem ha/
bet: ſollicitus eſt quæ ſunt mundi quomodo placeat
uxori: ſic nupta res mundi cogitat quomodo placeat
uiro. Nos aūt nō ſum9 de hoc mūdo: q̄ī maligno po
ſit9 eſt: cui9 figura p̄terit. De quo dicit ad ap̄los: Si eſ Ioh. 15.
ſetis de hoc mūdo amaret utiq; mūd9 q̄d ſuū erat. Ac
ne forſitan putareť onus grauiſſimum caſtitatis nolē
tibus imponere ſtatim iungit cauſas ſuadendi & ait.

Hoc autem ad utilitatem ueſtrã dico: non ut laqueũ uobis iniiciam: ſed ut ad id quod honeſtum eſt: & intente facit ſeruire deo: abſq; ulla diſtractione uos admonere. Proprietatem græcam latinus ſermo nõ explicat: quibus eñ uerbis quis poſſit dicere.

προς τον κυριον αυτων συνεμμενον λεγω ουχι ναβροχον γενεσθαι προς τον ενεστωτα καιρον τουτο γαρ συμφερει λαθρα. Vnde & in latinis codicibus ob trãſlationis difficultatem: hic penitus non inuenitur. Vtamur igitur eo quod uertimus. Nõ imponit nobis apoſtolus laqueũ: nec cogit eſſe quod nolumus: ſed ſuadet quod honeſtum eſt & decorum: & intẽte facit ſeruire domino: & ſemper eſſe ſollicitũ: & expectare paratam domini uoluntatem: ut cum quid imperauerit quaſi ſtrenuus & armatus miles: ſtatim impleat quod præceptum eſt: & hoc faciat ſine ulla diſtentatione: quæ data eſt ſecundum Eccleſiaſtẽ hominibus huius mundi: ut diſtendantur in ea. Si quis autem conſiderat uirginem ſuam. id eſt carnẽ laſciuire & ebullire in libidinem: nec refrenare ſe poteſt: duplexq; ei incumbit neceſſitas: aut accipiendæ coniugis: aut ſpernẽdæ quod uult faciat non peccat ſi nubat faciat inquit qđ uult: non quod debet. Non peccat ſi ducit uxorẽ: nõ tamen bene facit ſi duxerit. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus: non habens neceſſitatem poteſtatem autẽ habens ſuæ uoluntatis: & hoc iudicat in corde ſuo ſeruare uirginitatem ſuam bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit uirginem ſuam bene facit: & qui non iũgit melius facit. Signanter & ꝓprie ſupra dixerat: qui duxit uxorem non peccat: hic qui ſeruat uirginem ſuã bene facit. Aliud eſt autem non peccare: aliud eſt bene facere: declina inquit a malo: & fac bonum. Illud declinemus hoc ſequamur. In altero ínitium: in altero perfectio eſt. Verum ne in eo quod dixit: & qui matrimonio iungit uirginem ſuam bene facit: exiſtimet aliquis obſeruationem noſtram non ſtare protinus hoc ipſum bonum extenuat: & obumbrat comparatione melioris: & dicit: & qui non iungit: melius facit niſi illaturus eſſet melius facit: nũq; ꝓmiſiſſet bene facit. Vbi autem bonum & melius eſt: ibi boni & melioris non unum eſt præmium. Et ubi non unum ꝓmium ibi utiq; dona diuerſa. Tantum eſt igitur inter nuptias & uirginitatem: q̃tum inter non peccare & bene facere: immo ut leuius dicam q̃tum inter bonũ & melius.

G Capi. VIII

Inita diſputatione coniugiorum & uirginitatis: inter utrũq; cauto moderamine ꝑceptorum ut nec ad ſiniſtram nec ad dexteram diuerteret: ſed uia regia graderetur: & illud impleret. Ne ſis iuſtus multum rurſum monogamiã digamiæ cõparat: & quomodo nuptias ſubdiderat uirginitati: ita digamiam nuptiis ſubiicit: & ait. Mulier alligata eſt quanto tempore uir eius uiuit: quod ſi dormierit uir eius libera eſt cui uult nubat tm̃ in dño: beatior autem erit: ſi ſic permanſerit: ſecundum conſilium meum. Puto autem q̃ & ego ſpm̃ dei habeam. Concedit ſecũdas nuptias: ſed uolẽtibus: ſed his quæ ſe cõtinere nõ poſſunt ne luxurietate in xp̃o nubere uelint: habẽtes damnationem q̃ primam fidem irritam fecerint: & hoc cõcedit quia multæ abierũt retro poſt ſathanam Cæterum beatiores inqt erunt: ſi ſic ꝑmanſerint: cõtinuoq; ſubiungit apoſtolicam auctoritatem ſcd̃m meum cõſilium. Porro ne auctoritas apoſtoli q̃ſi hominis leuioris uideret addidit. Puto autem q̃ & ego ſpm̃ dei habeam. Vbi ad continentiam uocat: ibi non hominis ſed ſpũs dei cõſilium eſt. Vbi autem nubendi cõcedit ueniã: ſpm̃ dei nõ nominat: ſed prudentiæ liberat conſilium: ita ſingulis relaxãs. ut unuſq; ſq; ferre poteſt. iuxta hunc ſenſum omnia illa ſunt accipienda. Nam quæ ſub uiro eſt mulier uiuente uiro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit uir ſoluta eſt a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabit adultera: ſi fuerit cum altero uiro. ſi autem mortuus fuerit uir eius: ſoluta eſt a lege: ut nõ ſit adultera ſi fuerit cũ alio uiro. Et illud ad Timotheũ. Volo ergo iuniores uiduas nubere filios ꝓcreare matreſſamilias eſſe: nullã occaſionẽ dare aduerſario maledicti gratia. Iam em̃ quædam cõuerſæ ſunt retro poſt Sathanam: & reliqua his ſimilia Quomodo em̃ uirginibus ob fornicationis periculum concedit nuptias & excuſabile facit: quod per ſe non appetitur: ita ob eandem fornicationem uitãdam cõcedit uiduis ſecunda matrimonia. Melius eſt em̃ licet alterum & tertium unum uirum noſſe: q̃ plurimos. id eſt tolerabilius eſt uni homini ꝓſtitutam eſſe q̃ multis. Siquidem & illa in euangelio Iohan. Samaritana ſextum ſe maritum habere dicens. arguit a domino. q̃ non ſit uir eius. Vbi em̃ numerus maritorum eſt. ibi uir qui proprie unus eſt. eſſe deſiſtit. una coſta a principio in unam uxorem uerſa eſt. Et erunt inquit duo in carne una. nõ tres neq; quattuor alioquin iã non duo. ſed plures. Primus Lamech ſanguinarius & homicida unã carnẽ in duas diuiſit uxores fratricidiũ & digamiã eadẽ cataclyſmi deleuit pœna. de altero ſeptuageſieſſeptie uindicatũ eſt. Quãtum diſtat in numero. tãtũ & in crimine. Quã ſancta ſit monogamia hinc oſtenditur q̃ digamus in cleru

Ecclẽ. 7.

1. Thi. 13

Ioh. 4.

H

1.Thi.4. eligi nō poteſt:& ideo apoſtolus ad Timotheum. Vi/
dua inquit eligat nō minus quadraginta annorum:
que fuerit unius uiri uxor. Hoc omne præceptū de hi s
eſt uiduis:quæ eccleſiæ paſcūtur ælemoſynis. Et iccir/
co ætas præſcribitur:ut ille tm̄ accipiāt pauperum ci/
bos:quæ iā laborare nō poſſunt. Simulq; conſidera q̄
quæ duos habuit uiros:etiam ſi anus & decrepita eſt
& egens:eccleſiæ ſtipes nō meret accipere. Si autē pa
nis illi tollit ælemoſynæ:quāto magis ille panis qui
de cœlo deſcēdit:quem qui indigne comederit: reus
erit inuiolati corporis & ſanguinis xp̄i. Quāq; hæc te
ſtimonia quæ ſupra poſui: in q̄bus uiduis cōceditur:
ut ſi uelint. denuo nubāt quida3 interprætātur:ſuper
his uiduis:quas amiſſis maritis ſic inuenit fides chri/
ſti. Nec em̄ cōſequens eſſet:ut apoſtolus poſt baptiſ/
ma uiro mortuo:iubeat alteri nubere:cum habētibus
quoq; uxores p̄ceperit:ut ſint ſic quaſi nō habētes: &
ob hāc cauſam nō eſſe uxorum numerum definitum:
quia poſt baptiſma xp̄i:etiam ſi tertia & quarta uxor
fuerit:quaſi prima reputetur. Alioquin ſi poſt baptiſ/
ma primo mortuo accipitur ſecūdus:quare nō ſecun/
do & tertio & quarto & quinto mortuo:accipiatur ſex
tus:& reliqui? Poteſt em̄ accidere ut in fœlicitate qua/
dam uel iudicio dei:ſuccidētis nuptias repetitas ado/
leſcētula plures accipiat uiros: & anus primo marito
in extrema ſenectute Viduet. Primus Ada3 monoga
mus. Secūdus agamus. Qui digamiam probāt:adhi/
beāt tertium Adam digamum:quem ſequātur. Verū
fac ut cōceſſerit Paulus ſecūda matrimonia eadem le
ge & tertia cōcedit & quarta:& quotiēſcūq; uir morit:
Multa cōpellit apoſtolus uelle:quæ nō uult. Circun
cidit Timotheum:raſit in ſe caluitiu3 nudipedalia ex
ercuit:comam nutriuit:& totondit in cenchris. Et cer
te caſtigauerat Galathas. Petrumq; rep̄hēdit q̄ ſe pro
pter obſeruatiōes iudaicas a gētibus ſepararet. Quo/
modo igit in cœtæris eccleſiæ diſciplinis iudæis iu/
dæus ethnicis ethnic9: & oīb9 omnia fact9 eſt:ut oēs
lucrifaceret:ſic & digamiam cōceſſit incōtinentibus:
nec nuptiarum numerum præfiniuit: ut du3 uiderent
ſibi mulieres ita poſt mortem mariti ſecūdum conce/
di:ut tertius quartuſq; cōcedit:erubeſcāt alterum ac/
cipere:ne trigamis & quadrigamis comparentur: ubi
em̄ unus cōceditur:nihil refert ſecūdus an tertius ſit:
quia deſinit eſſe monogamus. Omnia licēt: ſed non
omnia expediūt:nō damno digamos:immo nec tri/
gamos:& ſi dici pōt octogamos:plus aliqd inferam.
etiā ſcortatorē recipio pœnitētē. Quicqd æqualiter li
cet:æqua lance penſandū eſt. Cap. IX

SEd qm̄ ad uetus nos retrahit teſtamētum
& incipiēs ab Adam ad Zachariam & E/ I
lyſabeth peruenit:ac deinde opponit Pe
trum & cæteros apoſtolos:nos quoq; de/
bemus currere per eadem ueſtigia quæſtionum:& do
cere caſtitatem ſemper operi nuptiarum fuiſſe præla/
tam. Ac de Adā quidem & Eua illud dicēdu3 q̄ in pa
radiſo ante offenſam uirgines fuerint:poſt peccatum
& extra paradiſum ſtatim nuptiæ. Deinde q̄ hoc ip̄m
interp̄tetur apoſtolus. Propter hoc relinquet homo Ephe. 5.
patrem & matrem ſuā:& adhærebit uxori ſuæ:& erūt
duo in carne una. Statimq; ſubiūgit. Sacramētū hoc
magnum eſt. Ego autem dico in xp̄o & ī eccleſia. Chri
ſtus in carne uirgo:in ſpiritu monogamus unā enim
habet eccleſiam:de qua idem apoſtolus. Viri inquit ubi ſupra
diligite uxores ueſtras:ſicut & xp̄s eccleſiā. Si xp̄s ſan/
cte & caſte. ſi abſq; ulla macula eccleſiam diligit. uiri
quoq; in caſtitate uxores ſuas diligāt & ſciat unuſqſq;
uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore. non
in paſſione deſiderii. ſicut & gētes quæ nec ſciūt deu3
neq; em̄ uocauit nos deus in immūditiam:ſed in ſan/
ctificationem:exuētes nos ueterem homīnem cū ope
ribus ſuis:& induētes nouum qui renouat in cogni/
tionem ſcd'm imaginem creatoris ſui. ubi nō eſt ma/
ſculus & fœmina. Græcus & iudæus. circūciſio & præ
putiu3. Barbarus & Scytha. ſeruus & liber. ſed & om/
nía in omnibus xp̄s. imago creatoris nō habet copu/
lam nuptiarum. ubi diuerſitas ſexus aufertur. & uete/
ri homīe exuimur:& induimur nouo. ibi in xp̄m rena/
ſcimur. uirginē q& nat9 ex uirgīe. & renat9 p uirginē
eſt. Quod autem ait. Creſcite & multiplicamini: & re Geñ. 1.
plete terram neceſſe fuit prius plātare ſiluam & cre/
ſcere. ut eſſet quod poſtea poſſet excidi. Simulq; conſi
derāda uis uerbi. replete terrā. Nuptiæ terram replēt
uirginitas paradiſum. Sed & hoc intuēdum dūtaxat
iuxta hebraicam ueritatem. q̄ cum ſcriptura in primo
& tertio & quarto & quinto & ſexto die expletis operī
bus ſingulorum dixerit. & uidit deus quia bonum eſt
in ſecūdo die hoc omnino ſubtraxit nobis intelligen
tiam. derelinquens non eſſe bonum duplicem nume
ru3. quia ab unione diuidat. & præfiguret fœdera nu
ptiarum. Vnde & in archa Noæ omnia animalia quæ
cunq; bina ingrediuntur. immunda ſunt. Impar nu/ K
merus eſt mundus. Quanquā in duplici numero oſtē
datur & aliud ſacramentum. q̄ ne in beſtiis quidem
& immundis auibus. digamia cōprobata ſit. bina em̄
& bina ingrediuntur immunda. Et ſeptena quæ mun
da ſunt:ut haberet Noæ poſt diluuiū. q̄ de impari nu

mero ſtatim deo poſſet offerre. Si autem tranſfertur Enoch: & ſeruatur in diluuio Noæ: Non reor iccirco tranſlatũ Enoch: ꝙ uxorẽ nõ habuerit: ſed ꝙ primus ĩ uocauerit deum & crediderit in Saluatorẽ: de quo Paulus apoſtolus ĩ æpiſtola ad Hebræos pleniſſime docet Hebr.1. Porro Noæ quaſi ſecunda radix humano generi ſeruabatur: utiq; cum uxore & filiis debuit reſeruari. Quã ꝙ in hoc miſterium ſcripturarũ ſit archa illa iuxta apoſtolum Petrum typus eccleſiæ fuit in qua octo animæ 1.Pet.4. ſaluæ factæ ſunt. Quando ingreditur in eam Noe: tũc ipſe ꝙ filii eius ab uxoribus ſeparantur. Quando uero egreditur in terram iunguntur paria & quod in archa id eſt in eccleſia fuerit ſeparatum in mundi conuerſatione ſociatur. Simulq; ſi archa plures habuit mãſiones & nidulos: & bicamerata: & tricamerata: & diuerſas beſtias: & pro qualitate animalium habitationes quoq; maiores uel minores: æſtimo ꝙ diuerſitas illa manſionum præfigurauerit eccleſiæ ueritatem.

Capitulum X

QVod autẽ uobis obiicit in ſecunda dei benedictione comedendarum carnium licẽtiam datã: quæ in prima conceſſa nõ fuerat: ſciat quomodo repudiũ iuxta eloqum Saluatoris: ab initio non dabatur: ſed propter duritiã cordis noſtri: per Moyſen humano generi conceſſum eſt. ſic & eſum carnium uſq; ad diluuium ignotum fuiſ
L ſe Poſt diluuiũ uero quaſi in heremo murmuranti populo coturnices: ita dentibus noſtris neruos & uiru/lentias carnis ingeſtas docet apoſtolus ſcribens ad Epheſeos: deum propoſuiſſe in adimpletione tempo/rum recapitulare omnia: & ad principium trahere in chriſtum ieſum quæ ſunt ſuper cœlos & ſuper terram.
Apoc.1. Vnde & ipſe Saluator in Apocalypſi Iohãnis ego ſum inquit Alpha & ω initium & finis. Ab exordio conditionis humanæ: nec carnib9 ueſcebamur nec dabam9 repudium nec præputia nobis eripiebantur in ſignũ hoc curſu uſq; ad diluuium peruenimus. Poſt diluui/um autem cum datione legis: quam implere nullus potuit carnes ingeſtæ ſũt ad ueſcendum: & repudii cõceſſat duritia & cultellus circũciſiõis appoſitus: quaſi rei manus plus in nobis creauerit ꝙ neceſſe eſt. Poſt ꝙ autem chriſtus uenit in fine temporum: & ω reuolauit & Alpha: & extremitatem retraxit ad principiũ nec repudium nobis dare permittit. nec circũcidimur
Roñ.14 nec comedimus carnes dicente apoſtolo. Bonũ eſt uinum non bibere & carnem non comedere: & uinum enim cum carnibus poſt diluuium dedicatum eſt.

Capitulum XI

QVid loquar de Abraam ut ipſe aſſerit trigamo qui ſignum fidei in circunciſione ſuſcepit? Si imitamur uxorum illius numerum imitemur & circũciſionem: neq; eĩ in parte ſectãdus & in parte repudiãdus eſt porro Iſaac uniꝰ Rebeccæ uir chriſti præfigurat eccleſiam quæ digamiæ ſugillat laſciuiam. Si autem duas bigas uxorũ & cõcubinarum habuit Iacob & non uult aduerſari9 ac quieſcere. Lippientem Liam deformẽ atq; fœtoſam. Synagogæ typum prætuliſſe. Rachel uero pulchram & diu ſterilem: eccleſiæ ſignificaſſe myſterium. ſciat eo tempore hoc feciſſe Iacob quãdo erat inter Aſſyrios & in meſopotamia Laban duriſſimo domino ſeruiebat Quando autem ſancta3 terram ingredi uoluit & ĩ mõ Geñ.31. te Galaad extruxit aceruum teſtimonii: in quo nihil ĩter ſarcinas eius Meſopotamiæ poſſeſſor inuenerat: iurans ſe nunq; ad locum in quo ſeruierat reuerſurum: & ad torrentem Iaboth cum angelo luctatus claudicare cœpit: & πλατυρευρον eius emarcuit ſtatimq; Iſrael ſortitus eſt nomen & illa quondã dilecta coniunx ꝑ qua quondã ſeruierat iuxta Bethleem in qua erat uirginitatis preco dominus naſciturus: e filio doloris occiditur & conſortia Meſopotamiæ euãgelica in ciuitate moriuntur. Miror autem cur Iudam & Thamar no Geñ.38 bis propoſuerit in exemplũ niſi forte & meretricibus delectatur aut occiſum Onam ꝙ fratri ſemen ſuiderit quaſi nos qualemcunq; ſeminis fluxum abſq; liberoꝝ opere comprobemus. Perſpicuũ eſt de Moyſe ꝙ periclitatus eſſet in diuerſorio niſi Sephora quæ interpre Exod. 4. tatur auis filium circuncidiſſet & præputium nuptiarũ M cultro euangelico deſecaſſet. Iſte nempe Moyſes eſt q̃ cum uidiſſet uiſionem magnam: & angelum ſiue dñm loquentem in rubo: nequaq; ualuit ad eum accedere niſi ſoluiſſet corrigiam calciamenti ſui: & abieciſſet uincula nuptiarum. Nec mirum hoc de amico & ꝓpheta legifero dei cum omnis populus acceſſurus ad montẽ Syna & dei auditurus eloquiũ tribus diebus ſanctifi/cari iuſſus ſit & ſe ab uxoribus abſtinere. Quod quidẽ Exo.9. ſcimus licet præpoſteræ faciam hiſtoriæ ordinem confundere etiam ad Dauid fugientẽ ab abimelech ſacerdote dictum. Si mundi ſunt pueri ab uxoribus: & ille reſpondit ab heri & nudiuſtertius. Panes enim ꝓpoſitionis quaſi corpus chriſti de uxorum cubilibus con/ſurgentes edere non poterant: & nobis in tranſitu eſt contemplandum ꝙ dixit. Si mundi ſunt pueri ab uxo/ribus uidelicet ꝙ ad mũditias corpis xp̃i oĩs coit9 ĩmũdus ſit. In lege quoq; præcipitur: ut pontifex niſi uirgi Leui.21. nem non ducat uxorem: ne uiduam accipiat. Si eadẽ3

uirginis uiduæq; cõditio est: q̃re altera recipit altera reprobat. Et sacerdotalis uidua ī domo iubet sedere patris sui: nec scd'm nosse matrimoniũ. Si soror uirgo morit sacerdotis: quomõ ipsa ad patris exequias. ita pater ad eã iubet accedere. Si uero nupta sit. q̃si aliena cõtemnit. Qui uxorem duxerit: & qui plantauerit uineã uel ut ꝓpagines filiorum: ꝓhibet ad bella ꝓcedere. Non em̃ potest dñi seruire militiæ seruus uxoris & de speculis mulierum ieiunãtium quasi de purissimis corporibus uirginum. Luter in tabernaculo fundit: & intrinsecus in sanctuario tam cherubin q̃ propiciatorum & archa testamenti & mensa propositionis & cãdelabrũ & thuribulũ ex auro mũdissimo sunt Neq; em̃ in sancta sanctorum inferri poterat argentũ.

Capi. XII

NOvid moror in Moyse: cum mihi ꝓpositum sit cursim celeriterq; dictãti singula breuiter pstringere: & itelligẽtiæ quasdã lineas ducere? Trãscendã ad iesuz Nauæ: q ante dictus est Auses: siue ut rectius habet in hebræo Osee id est Saluator. Ipe em̃ scd'm æp'am iudæ saluauit: & eduxit populum israel de ægypto: & in terram repromissionis induxit. Hic iesus statim ut uenit ad iordanẽ aquæ nuptiarũ quæ semper in lege fluxerant: arefactæ sunt & steterũt: & siccis pedibus ac nudis populus omnis trãsiit: & uenit in galgala. ibiq; secũdo est circuncisus. Quod si iuxta litterã accipim9: penitus stare non põt. Si em̃ duplex haberemus ꝓputiuz: uel abscisa pellicula iterum nasceret: recte secũda circũcisio haberet locũ. Nũc aũt hic significat: q; iesus cultello euãgelii pp'm q p deserta uenerat circũcidit & circuncidit cultello petrino: ut qd' in Moysi filio ante ꝓfigurabat in paucis: id sub iesu duce ipleret in cũctis. Sed & ipa ꝓputia in unũ cumulum coaceruata: & sepulta: & terra obruta: & ablatũ opprobriũ ægypti: & nomẽ loci galgala quod interptat reuelatio: ostendũt dũ in ꝓputio ambulauerit populus p desertuz oculos eius fuisse cæcatos: uideamus & cõsequentia. Post euãgelii circũcisionem: & cõsecrationẽ duodeciz lapidũ in loco reuelationis statim pasca celebrat. immolat eis agnus & sancte terræ uescunt alimẽtis. Egreditur iesus: occurrit ei princeps militiæ gladium tenens: id est. uel pro circũciso populo pugnare se monstrans: uel desecãs glutinum nuptiarum. Similiterq; ut Moysi ꝓceptum fuerat: & huic dicitur. Solue corrigiam calciamẽti tui. Locus em̃ i quo stas: terra sancta est. Quia sic erat domini armatus exercitus in tubis sacerdotalibus quasi ad euãgelicã prædicationem sub typo iericho mũdus subuertit. Et ut infinita prætream (neq; em̃ nunc ꝓpositum est mihi omnia ueteris testamẽti aperire mysteria) quinq; reges qui in terra repromissiõis ante regnabant resistebantq; euãgelico exercitu iesu pugnãte superãtur: hoc puto intellectui esse perspicuuz q; anteq; dominus populum suum educeret de ægypto: & circuncideret eum uisus odoratus gustus auditus tactusq; regnauerint: & his quasi principibus fuerit uniuersa subiecta. Quos iesus ad speluncam corporis cõ fugientes: & ad tenebrosum locum: id est ipsum ingredientes corpus interfecit. ut per id occiderentur: per quod ante regnabant. Verum iam tempus est ut castitatis iesu uexillum leuemus. Moyses scribitur habuisse uxorem. Moysen autem & dominus noster & apostolus interpretantur in legem. Habent Moysen & ꝓphetas & ab Adam usq; ad Moysen regnauit peccatũ etiam super eos qui non peccauerunt: in similitudinẽ præuaricationis Adæ: nulliq; dubium est: in utroq; testimonio Moysen legẽ significare: sicut ergo legimus q; Moyses. id est lex habuerit uxorem. ostende mihi iesum Nauæ uel uxorem habuisse uel filios: & si potueris monstrare: uictuz; me esse fatebor. Et certe pulcherrimum terræ iudææ in partitione accepit locum: moriturq; non in uicenario numero: qui semper in scripturis infaustus est: in quo seruiuit iacob & uẽditus est ioseph: & quem diligit Esau: accipiens in eo quædã munera. Sed in decimo: de cuius laude crebro diximus: sepeliturq; in Thannat sareth: id est in perfectissimo principatu. siue in numero operimenti noui: ut uirginuz significaret greges. Saluatoris auxilio coopertos in monte ephraim: hoc est in monte frugifero: ab aqlone mõtis Gaas qui interprætatur commotio. Mõs em̃ Syõ latera aquilonis: ciuitas regis magni: quæ opposita est semper inuidiæ: & per singulas tentationes dicit. Mei uero pene moti sunt pedes. Cumq; in sepultura iesu: liber qui ex nomine eius appellatur: explet̃us sit: rursum in iudicum uolumine: quasi uiuens resurgensq; describitur: & sub ανακεφαλαιωσει opera ipsius prædicantur. Et legitur: misit iesus populum: & abierunt filii israel: unusquisq; in hæreditatem suam. ut possiderent terram. Et seruiuit populus domino cunctis diebus iesu: &c. Statimq; subiungitur: & mortuus est iesus Nau æseruus domini centumdecem annorum. Porro Moyses uidit tm̃ tertaz repromissionis & intrare non potuit: & mortuus est in terra Moab: & sepeliuit eum dominus in ualle terræ Moab cõtra do

Iud. 1.

Iosu. 5.

ps. 72.

Ios. ulti.

mũ Phegor:& nõ cognouit uir ſepulchrũ eius uſq; in diẽ hãc.Cõpemus utriuſq; ſepulturã:Moyſes in terra Moab moriť :ieſus in terra iudeæ.Ille ſepeliť in ualle eõtra domũ phegor:qđ ĩterp̃tať ignominia,pprie q̃p pe phegor in lingua hebræa priapus appellať: hic in mõte Ephraym ab aq̃lone montis Gaas. Et eſt in uer bis ſimplicib9 ſp diuinaꝝ ſcripturaꝝ ſenſus anguſtior Quia apud iudæos gloria erat & in partubus & partu ritiõibus:& maledicta ſterilis:quæ nõ habebat ſemen in iſrael:& beatus cuius erat ſemen in ſyõ: & domeſti ci in Hierl'm:& in benedictõe maxima ponebať. Vxor
ps.127. tua ſicut uitis abũdãs:in lateribus dom9 tuæ. Filii tui ſicut nouellæ oliuarũ in circũitu menſæ tuæ.Iccirco ſe pulchrum eius poſitum in ualle deſcribiť cõtra domũ idoli:qđ pprie libidini cõſecraťNos aũt q militam9 ſub ieſu duce uſq; ad p̃ſentẽ diẽ ignoramus ubi Moy/ ſes ſit ſepultus.Cõtẽnimus eñ phegor& oẽm ignomi niã eius:ſcientes q̃ q in carne ſunt: deo placere non poſſunt.Et dñs ante diluuiũ quoq; dixerat.Non p̃ma
Geñ.6. nebit ſp̃ũs meus in hoíe : quia caro eſt. Quãobrem & Moyſes moriẽs plãgitur:nuptiæ eñ finiũtur in morte uirginitas poſt mortẽ incipit coronari. Cap. XIII

Q Ampſon quoq; p̃ducit in medium:nec de caluatũ quõdã dñi Nazareũ a muliere cõ ſiderat:q licet typum teneat ſaluatoris:q̃ meretricẽ ex gẽtibus adamarit eccleſiam: & multo plures hoſtiũ moriẽs q̃ uiuus occiderit:tñ cõ iugalis pudicitiæ exempla nõ p̃bet. Et certe iſte eſt ſe/ cũdũ pphetiã iacob:q cum cõcitus eq̃ p̃nicitate ferre
Geñ.49. tur:a ſerpente pcuſſus retrorſum cecidit. Delborã aũt & barath & uxorẽ Heber Cynei cur enumerauerit ,pr/ ſus nõ intelligo:cũ aliud ſit bellorꝝ princeps & hyſto riæ ordinem texere : aliud figuras aliquas ſignificare cõiugii:quæ in iſtis oíno non cõparẽt . Porro q̃ p̃fert ieptæ patris fidẽ lachrymis uirginis filiæ ,p nobis fa/ cit.Et nos eñ nõ tã uirgines ſæculi q eas quæ propter xp̃m ſunt uirgines p̃dicamus:& a plæriſq; hebræoruꝫ
Iud.11. reꝑhendiť pater uoti temerarii: quia dixerit. ſi tradẽs tradideris filios Ammõ in manibus meis:q̃cũq; exie/ rit de domo mea in occurſum mihi: cũ reuerti cœpe/ ro in pace a filiis Ammõ erit dño:& offerã illud i ho/ locauſtũ.ſi canis inquiũt ſi aſinus occurriſſet:qd face ret? Ex quo uolũt dei diſpẽſatione eſſe factũ: ut q ípro ſpecte uouerat:errorẽ uotoꝝ filiæ morte ſentiret.ſi au tem ſamuel nutritus in tabernaculo duxit uxorẽ : qđ hoc ad p̃iudiciũ uirginitatis? Quaſi non hodie quoq; plurimi ſacerdotes habeãt matrimonia .Et apl's eꝑm deſcribat unius uxoris uirũ:habentem filios cum om ni caſtitate.ſimulq; noſcendum q̃ ſamuel Leuita nõ ſacerdos nec pontifex fuerit.Vnde & faciebat illi ma ter ſua ephothad:ſuperhumerale:uidelicet lineum.q habitus pprie leuitarum & minoris ẽ ordinis: unde & p̃s.98.
in pſalmis non nominatur inter ſacerdotes:ſed inter eos qui inuocant nomen dñi. Moyſes inquit & Aarõ in ſacerdotibus eius:& ſamuel inter eos qui ínuocant nomen eius. Leui enim genuit Caath : Caath genuit Aminadab:Aminadab genuit Chore: Chore genuit Aſſir:Aſſir genuit Helcana:Helchana genuit ſub: ſub genuit Tou:Tou genuit Helm Helm genuit Ieroam: Ieroam genuit Helchana:Helchana genuit ſamuelẽ. Nulliq; dubium eſt ſacerdotes de Aaron & eleazar & Phinees ſtirpe generatos . Qui cum & ipſi habuerint uxores:recte nobis opponerent':ſi errore encraticaꝝ ducti contenderemus matrimonia reprobãda : & nõ eſſet noſter pontifex ſcd'm ordinem Melchiſedech ſi/ ne patre ſine matre αγενεαλογητος.id eſt. ſine nuptiis
Et reuera magnos fructus ex liberis ſamuel capit : ut R
quia ipſe placuit deo:tales genuerit qui dño diſplice/ rent.Quod ſi Booz & Ruth nobis obiicit ad compro bandam digamiam: ſciat in euangelio ob typum ec/ cleſiæ etiam Raab meretricem in ordine maioruꝫ do Mat.1.
mini enumeratam.Porro q̃ Dauid ducẽtis præputiis emiſſe iactat uxoreꝫ nouerit illum & alias habuiſſe q̃p plurimas:& Michol filiam ſaul:quaꝫ pater alteri tra diderat:poſtea recepiſſe:& iam ſenem ſunamitis puel læ calefactum eſſe cõplexibus.Nec hoc dico q̃ de ſan ctis uiris quicq̃ detrahere audeaꝫ:ſed q̃ aliud ſit in le ge uerſari:aliud in euãgelio.Ille occidit Vriam etheũ mœchus extitit in Berſabe.Et quia erat uir ſanguina/ rius:non ut pleriq; exiſtimant propter bella:ſed pro/ pter homicidiuꝫ templum domini ædificare prohibe tur.Nos autem ſi unum de minimis ſcandalizaueri/ mus:& ſi fratri dixerimus Racha:& non recte uideri Luc.17.
mus: expedit ut mola aſinaria ligetur circa collũ no/ ſtrum:& rei erimus gehennæ:& adulterium nobis in ſolo aſpectu reputabitur.Tranſit ad ſalomonem per quem ſe cecinit ipſa ſapientia:& cum uxorium euꝫ di cat:atq; in illius laudibus immoretur:miror cur non iungat:& illud de Canticocanticoruꝫ ſexaginta ſunt Cañ.6.
reginæ:& octoginta concubinæ:& adoleſcẽtulæ qua rum non eſt numerus.Et illud de regnorum tertio:q̃ ſeptingentas habuerit uxores : & trecentas concubi/ 3.reg.11.
nas & alias innumerabiles.Hæ nempe ſunt:quæ auer terunt cor eius a domino:& tamen anteq̃ plures ha/ beret uxores:& carnis uitiis laberet' : in principio re/ gni & adoleſcentiæ extruxit dño templum:unuſq;ſq;

em̃ nō de futuris ſed de p̃ſentibus iudicatur. Quod ſi Salomonis exẽpla ei placent iam nō digamus erit .& trigamus ſed niſi ſeptingẽtas habuerit nxores& trecẽ/tas cōcubinas:typum eius & meritū implere nō potue
S rit.Obſecro te lector:& idip̃m ſepe cōmoneo:ut ſcias me quæ loquor neceſſitate dicere nec detrahere his q̃ lege p̃ceſſerint:ſed ſeruiſſe eos tẽporibus & cōditōib9
Geñ.1. ſuis:& illam dñi impleſſe ſentẽtiam.Creſcite & multi plicamini:& replete terrã& q̃d̃ his mai9ẽ futuro9 ty
1.Cor.7. pos p̃buiſſe.Nobis aũt q̃bus dicit̃ .Tẽpus in collecto eſt ſupeſt ut qui habẽt uxores ſic ſint quaſi nō habeãt aliud præcepi:& uirginitatẽ a Saluatore uirgine dedi cari.Helya3 & Heliſeũ q̃ſtulte ĩ catalogo poſuerit ma ritorũ me tacẽte manifeſtũ eſt.Si em̃ Iohannes Baptiſta uenit in ſpiritu & uitute Helyæ & Iohãnes uirgo eſt utiq3 nō ſolum in ſpũ eius uenit ſed etiã ĩ corporis ca/ſtitate. Porro illud quod de Ezechia cōmemorari pōt q̃p̃ hoc ille ſolida ſtoliditate nō uiderit q̃ poſt uitã re cuperatam & uigintiquinq3 annor9 ſpatia ꝓtelata di/xerit amodo filios faciam ſciat in hæbreis uoluminibus non haberi ſed legi pro hoc pater filiis notã faciet ue ritatem tuam.Nec mirum ſi Olda uxor Sellon ꝓphe/tiſſa cōſulatur ab Ioſia rege Iudæ iam captiuitate uici/na & ira domini ſtillante ſup Hieruſalem cũ hæc nor/ma ſit ſcripturarũ ut deficiẽtibus uiris ſanctis mulieres in uiro9 laudent̃ opprobria:Supfluũ autẽ eſt de Da/niele dicere. cum hebræi uſq3 hodie autumẽt illum &
Eſa.39. tres pueros fuiſſe eunuchos:ex illa dei ſentẽtia quam Eſaias loquitur ad Ezechiam: & de filiis tuis qui na/ſcentur ex te tollent:& facient eunuchos in domo re/
Dañ.1. gis.Rurſuſq3 in daniele legimus & dixit rex Aſphanez principi eunuchorũ ut introduceret de filiis captiuita tis iſrael:& de ſemine regio : & de tyrannorum pue/ris in quibus non eſſet macula:pulchros facie : & in/telligentes ſapiẽtiã.Et argumẽtant̃:ſi de ſemine regio electi ſunt. Daniel & tres pueri de ſemine regio Eunu chos fore ſcriptura p̃dixit:hos eẽ q̃ eunuchi facti ſunt. Si uero & illud oppoſuerit: q̃d̃ ĩ Ezechiele dicit̃ .Noe
Eze.14. & Daniel & Iobĩ terra peccatrice filios & filias libera re nō poſſe.Reſpondendũ eſt q̃ iuxta hypotheſim di/ctũ ſit.Nec em̃ eo tẽpore Noe& Iob erant quos multis ante ſæculis cognouim9 .Et eſt ſenſus:ſi tales & tales uiri fuerint in terra peccatrice:filios ſuos & filias libe/rare nō poterunt quia iuſticia patris nō liberabit filiũ nec peccatũ alterius alteri reputabit̃ .Anima em̃ quæ peccauerit ipſa morie͂t ſed & hoc dicẽdũ Daniel iuxta hyſtoriam libri eius cum Ioachim rege captum eo tem pore quo Ezechiel quoq3 ductus eſt in captiuitatẽ quo modo ergo potuit habere filios q̃ adhuc puer erat & expleto triennio introductus eſt ad regis obſequium Ac ne quis putet Ezechiel ia3 uiri meminiſſe Danielis & pueri Factum eſt inquit in anno ſexto regis ſcilicet Ioachim in menſe ſexto in quinta menſis & ego ſede/bam in domo mea & ſenes Iuda ſedebãt coram me: Atq3 in eadem die ad eum dicitur. Si fuerint Noe & Daniel & Iob .Erat igitur Daniel adhuc puer:& not9 populo uel propter interprætationem ſomniorum re gis.uel propter Suſannæ liberationem & occiſionem preſbyterorum. Et perſpicue comprobatur eo tempo/re quo hæc dicebant̃ de Noe:& Daniele & Iob adhuc pue9 fuiſſe Danielẽ nec potuiſſe habere filios& filias quos ſua iuſticia liberaret.Hucuſq3 de lege. Cap.XIIII



Enit ad euangelium: & proponit no bis Zachariam & Helyſabeth . Pe/trũ & ſocrum eius: & conſueta uecor dia non intelligit iſtos quoq3 iter eos qui legi ſeruierunt debuiſſe numera/ri.Neq3 em̃ euangelium ante crucem Chriſti eſt:quod paſſione & ſanguine ipſius dedicatur iuxta quã regu/lam & cæteri apoſtoli:ut ei ex ſuperfluo interim con/cedam:habuerunt quidam uxores ſed quas eo tempo re acceperant quo euangelium neſciebant.Qui aſſum pti poſtea in apoſtolatũ relinquunt officium coniuga le.Nam cum Petrus ex perſona apoſtolorum dicit ad dominum.Ecce nos relinquimus omnia:& ſecuti ſu/ Mat.19
mus te.Reſpondit ei dominus .Amen dico uobis q̃m̃ nemo eſt qui dimiſerit domum :aut parentes:aut fra/tres:aut uxorem:aut filios propter regnũ dei qui non recipiat multo plura in ſc̃o iſto & in ſc̃o futuro uitã æternam.Si autem nobis illud oppoſuerit ad ꝓbãdũ q̃ omnes apoſtoli uxores habuerint nunquid non ha bemus poteſtatem mulieres uel uxores circũducendi quia γυνη apud græcos utrumq3 ſignificat :ſicut cæteri apoſtoli & cephas & fratres domini iũgat & illud q̃d̃ in græcis codicibus eſt Nunquid nō habemus poteſta tem ſorores mulieres uel uxores circũducẽdi? Ex quo apparet eũ de aliis ſc̃is dixiſſe mulierib9 q̃ iuxta mo/rẽ iudaicũ magiſtris de ſua ſubſtãtia miniſtrabãt ſicut legimus ipi quoq3 dño factitatũ. Nã & ordo uerbo9 hoc ſignificat. Nunqd .nō habemus ptãtẽ mãducãdi & bibendi aut ſorores mulieres circunducendi . Vbi de comedendo& bibendo ac de adminiſtratione ſum ptuum præmittitur:& de mulierib9 ſororibus ſic infer tur : perſpicuum eſt non uxores debere intelligi . ſed eas ut diximus : quæ de ſua ſubſtantia miniſtra/bant.Quod in ueteri lege de Sunamite illa ſcribitur 4.reg.4

quæ ſolita ſit Heliſeum recipere: & ponere ei mēſam & panē: & cādelabrum &c. Aut certe ſi γυναικας uxores accipiamus nō mulieres: Id quod additur ſorores tollit uxores: & oſtendit eas germanas in ſpū fuiſſe: nō cōiuges. Quāq; excepto apoſtolo Petro nō ſit manifeſte relatum de aliis apoſtolis q; uxores habuerint & cum de uno ſcriptum ſit: ac de cæteris tacitu3: intelligere debemus ſine uxoribus eos fuiſſe: de quibus nihil tale ſcriptura ſignificat. Et tamē ille qui nobis obiecit: Zachariā & Helizabeth: uel petrum & ſocrū ei9 ſciat de zacharia & Helizabeth Iohānem fuiſſe generatum: id eſt de nuptiis uirginem: de lege euangelium: de matrimonio caſtitatem: ut a ꝓpheta uirgine uirgo dñs & annunciaret & baptizaret. Poſſumus aute3 de petro dicere q; habuerit ſocru3 eo tpe quo credidit: & uxorem iā nō habuerit: quāq; legat in ꝓdiis: & uxor
V eius & filia. S3 nūc nobis de canone omne certamen eſt. Et qa ad apoſtolos ꝓuocauit q; principes diſcipli/ næ noſtræ & xp̄iani dogmatis duces uirgines nō fue/ rint: ut eos interim uirgines concedamus non fuiſſe. Neq; em̄ hoc præter Petrū probari poteſt: nouerit hos
Eſa.1. eſſe apoſtolos: de quibus Eſaias uaticinatur. Niſi dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemē: quaſi ſodoma eſſemus: & ſimiles gomorræ fuiſſemus. Qui ergo erāt ex iudæis: uirginitatem quā in iudaiſmo amiſerant: in
Ioh.13. euāgelio habere nō poterāt. Et tñ Iohānes unus ex diſcipulis q minimus traditꝰ fuiſſe iter apoſtolos: & quē fides xp̄i uirginem reppererat: uirgo ꝓmanſit: & ideo
Ioh.20. plus amatꝰ a dño: & recūbit ſup pectus Ieſu. Ex quo Petrus q uxorem habuerat: quod ip̄e interrogare nō audet: illum rogat ut interroget. Et poſt reſurrectionem nunciāte Maria magdalene q; dñs reſurrexiſſet: uterq;
Mat.14. cucurrit ad ſepulchrum: ſed ille p̄uenit. Cumq; eſſent in naui & piſcarent in lacu geneſareth: Ieſus ſtabat in littore: nec ſciebāt apoſtoli quem uiderent. Solus uir
Iohā.21. go uirginem recognoſcit: & dicit Petro. Dñs eſt. Rur
ubi ſupra ſum poſt auditā ſentētiā: q; ab alio cingendus eſſ3 petrus: & ducēdus quo nollet: & crucis fuiſſet illi paſſio ꝓphetata: & ille diceret: Dñe qd iſte? Nolens deſerere Iohānē3: cū quo ſemꝑ fuerat copulatus: Dicit ei dñs: Sic uolo eū eſſe: qd ad te? Vnde & ſermo exiuit iter fratres illū diſcipulū nō moriturū. Ex quo oſtendit uirginitatē nō mori: nec ſordes nuptiaꝝ abluere cruore martyrii: ſed manere in xp̄o & dormitionē eius trāſitū eſſe nō mortē. Si aūt obnixe cōtēderit iohānē uirginē nō fuiſſe: & nos amoris p̄cipui cām uirginitatē diximus. exponat ille. Si uirgo nō fuit: cur cæteris ap̄lis plus amatus ſit? At ſi tu dicis: ſup Petrū fundat ecclegi.4 ſia: licet idip̄m in alio loco ſup oēs ap̄los fiat: & cūcti claues regni cœlorum accipiūt: & ex æquo ſup eos ecclеſiæ fortitudo ſolidet: tñ ꝓpterea iter duodecī unus eligit: ut capite cōſtituto: ſciſmatis tollat occaſio. ſed cur nō Iohānes electus eſt uirgo? Aetati delatū eſt: qa Petrus ſenior erat: ne adhuc adoleſcēs ac pene puer: ꝓgreſſæ ætatis hoibus p̄ferret: Et magiſter bonus qui occaſionē iurgii debuerat auferre diſcipulis: & q dixerat eis. Pacē meā do uobis: pacem relinquo uobis: & Io.14:
q uoluerit inter uos maior eē: minimus oim ſit: i ado/ leſcentē quē dilexerat cām p̄bere uideret inuidiæ. Vt aūt ſciamus iohānē tūc fuiſſe puerum: manifeſtiſſime docent eccleſiaſticæ hiſtoriæ: q; uſq; ad Traiani uixerit imperium. id eſt poſt paſſionem dñi ſexageſimo anno dormierit. Quod & nos in libro de illuſtribus uiris breuiter perſtrinximus. Petrus apoſtolus eſt: & iohānes apoſtolus maritus: & uirgo. Sed Petrus apoſto X
lus tm̄: iohānes & apoſtolus & euāgeliſta & ꝓpheta. Apoſtolus: qa ſcripſit ad eccleſias ut magiſter: euāgeliſta. qa librum euāgelii condidit: quod excepto Matthæo alii ex duodecim apoſtolis nō fecerunt: Prophe ta: uidit em̄ in pathmos inſula: in qua fuerat a Domitiano principe ob dñi martyrium relegatus Apocalypſim infinita futuroꝝ myſteria continētē. Refert aūt Tertullianus q; a Nerone miſſus in feruētis olei doliū purior & uigetior exiuerit. q; intrauerit. S3 & ip̄m ei9 euāgelium multū diſtat a cæteris. Matthæus quaſi de hoie incipit ſcribere. Liber generationis ieſu xp̄i filii Dauid. filii Abraam. Lucas a ſacerdotio Zachariæ. Marc9 a ꝓphetia Malachiæ ꝓphetæ & eſaiæ. Prim9 h3 faciem hois propter genealogiā. Secundus faciem uituli ꝓpter ſacerdotium. Tertius uocem leonis: ꝓpter uocem clamātis in deſerto. Parate uiā domini. rectas facite ſemitas eius. iohānes uero noſter quaſi aquila ad ſuperna uolat. & ad ip̄m patrem ꝓuenit dicens. In principio erat uerbum. & uerbum erat apud deum & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum expoſuit uirginitas qd nuptiæ ſcire non poterāt. & ut breui ſermone multa comꝑhēdā. doceāq; cuius priuilegii ſit iohānes. īmo in iohāne uirginitas. a dño uirgine mater uirgo uirgini diſcipulo cōmēdat. Verum caſſo labore ſudamus. Obiicit nobis qppe aduerſari9 ap̄licā ſniam & ait. Adā primus formatus eſt. deinde eua. & Adā non eſt ſeductus. mulier aute3 ſeducta in ꝓuaricatione facta eſt. ſalua autem fiet per filioꝝ generationem. ſi permanſerint in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate. Cōſideremus cur apoſtolus ad hanc ſententiā & unde peruenerit. Volo er 1. Thi.2.

go uiros orare in omni loco: leuãtes ſanctas manus ſine ira & cogitationibus. Cõſequẽter itaq; mulieribus dat præcepta uitæ & ait: Similiter & mulieres ĩ habitu ornato: cũ uerecundia & caſtitate ornãtes ſe nõ in to/tis crinib9 aut auro uel margaritis ſiue ueſte præcioſa ſed ſcd'm q̃ decet mulieres ꝓmittentes pietatẽ ꝑ opa bona. Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubiectione Docere aũt mulieri non ꝓmitto: neq; dominari ĩ uiro ſed ſubditam eſſe in ſilentio. Et ne uideretur mulieris dura conditio quæ eam in mariti redigeret ſeruitutẽ; legis recordat' antiquæ & ad originale exemplũ redit q̃ adam prim9 factus ſit: deniq; mulier ex coſta ei9 & q̃ Adam diabol9 ſeducere nõ potuerit: ſed Euam. Et q̃ poſt offenſam dei ſtatĩ uiro ſubiecta ẽ: & ad maritũ illius facta cõuerſio. Quodq; errorẽ ueterẽ illa quæ ſe mel coniugio copulata eſt: & redacta in conditionem Euæ filiorũ ꝓcreatione deleret: itatñ ſi ipſos filios eru diret in fide & dilectõe xp̃i & in ſanctificatione & pu/dicitia. Nõ em̃ (ut male habetur in latinis codicibus) ſobrietas eſt legẽda ſed caſtitas. id eſt σωφροσυνη Vide igitur quomodo ex hoc quoq; ipſo teſtimonio ſuperis & qd' putabas eſſe ꝑ nuptiis ꝑ uirginitate ſentire co/garis. Nam ſi ſaluatur mulier in filiorũ generatõe: & liberorum numerus ſalus matrũ eſt. Cur addidit: ſi p/mãſerint filii in charitate & ſanctificatiõe cũ caſtitate Tunc ergo ſaluabit' mulier: ſi illos genuerit filios qui uirgines pmãſuri ſunt: ſi qd' ipſa ꝓdidit acquirat in li/beris: & damnum radicis & carnem flore compeſcet & pomis. Capitulum XV

ubi supra legimus. Sicut in Adam omnes moriunt: ita & in xpo omnes uiuificabuntur: unusquisq; autem in suo ordine. Quoniam unusquisq; in suo resurget ordine: utiq; diuersa sunt merita resurgentium. Non omnis caro eadem caro: sed alia hominum: alia pecorum: alia uolucrum: alia autem piscium. Et corpora cœlestia: & corpora terrestia: sed alia quidem cœlestium gloria: alia autem terrestrium. Alia claritas solis. alia claritas lunæ. alia claritas stellarum. Stella em a stella differt in claritate. sic erit & resurrectio mortuorum. Quod tu sanctus doctus interpres sic exposuisti: ut diceres spiritales differre a carnalibus. Ergo & spiritales & carnales in cœlestibus erunt & iam non solu oues: sed etiam hirci tui conscendent regna cœlorum. Stella a stella differt in claritate non oues & hirci: sed oues & oues id est stella & stella. Deniq; alia inquit claritas solis & alia claritas lunæ: ne stellam & stellam totum humanæ multitudinis, assereres genus solem posuit: & lunam quos certe inter hircos non poteris numerare Sic inquit erit & resurrectio mortuorum: ut iusti in claritate solis luceant & qui in sequenti gradu sunt lunæ splendore rutilent: ut alius Lucifer sit: alius Arcturus alius Orion: alius Mazuroth: & cætera stellarum uo-
1.Cor.5. cabula quæ sacratæ in lob uolumine continent Omnes em ait manifestari nos oportet ante tribunal xpi ut recipiat unusquisq; quæ gessit per corpus siue bonu siue malu. Ac ne forsitan dicas ante tribunal Christi nos manifestari: ut boni bona: mali recipiant mala in eadem epistola docet. Qui parce seminat: parce & metet: Et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus & metet. Certe qui plus & qui minus seminat de parte sunt dextra. Et cu unius sementis genus sint tamen mensura & numero differu. Scribit ad Ephesios
Ephe.1. idem Paulus. Vt nota fieret nunc principatibus & potestatibus in cœlis per ecclesia multiplex & uaria sapientia dei. Cernis q; in diuersis agminibus ecclesiæ uaria & multiplex sapientia dei prædicet. Necnon in eadem epistola unicuiq; autem nostrum data est gratia: iuxta mensura gratiæ Christi non q; mesura Christi diuersa sit sed tatu gratiæ eius in funditur quantu ualemus haurire. Capi. XLIIII

LIustra igitur oues & hircos quinq; & quiq; uirgines Aegyptios: & israelitas & cætera huiuscemodi replicas quia non est in p̃ senti retributio sed in futuro. Vnde & dies iudicii non consummatione promittitur quia nunc non est iudicium. Sine causa em appellatur dies extrema iudicii si modo iudicat deus. In præsentiarum nauigamus: luctamur. atq; pugnamus ut in fine perueniam ad portum coronemur: triumphemus. Tu autem peruerse & lubrice præsentis sæculi conuersationem in futuroru exempla proponis cum utiq; hic iniusticia sit ibi iusticia donec intremus in sanctuariu dei: & itelligamus in nouissimis eorum. Non aliter sanctus: aliter peccator moritur in eodem mari nauigantibus eadem tranquillitas & tempestas est non aliter latro aliter mariyr occiditur. Nec alio modo de adulterio & prostibulis alio de castis matrimoniis nascunt liberi. Certe dominus & latrones æquali iudicio crucifixi sunt. Si idē est huius sæculi futuriq; iudicium ergo quia hic pariter crucifixi sunt. & in futuro similiter habebunt. Paulus & qui eum uinxerant: simul nauigant simul iusti- Actu. 28.
nent tempestatem simul naui fluctibus dissipata in litus euadunt. Negare non potes quin inter uinctum & uincentes diuersa sint merita. Et quomodo unu apostoli militumq; naufragiu? Refert postea Paulus apostolus reuelatione & eos qui in naui fuerant dicit sibi a domino esse donatos: Nunquid is cui donant & qui donantur unius meriti sunt? Decem sancti pecca-
tricem possunt eruere ciuitatem Loth cu filiabus ere- Gen. 18.
ptus est de incendio liberati essent & generi si exire uoluissent. Et certe multa differentia est inter Loth & generos eius. Liberatur Segor una urbs de pentapoli. Et quæ eiusdem meriti erat atq; uni sententiæ subiacebat: cui Sodoma & Gomorra. Adama & Seboym sancti præcibus custoditur. Ecce diuersu meritu in Lotb & Segor: & tamen de incendio pariter euadunt. La-
trunculi qui absente Dauid uastauerant. Sicelech & 1.Re.30
uxores eorum & liberos in prædam duxerāt die tertia ceduntur in campo: & quadringenti homines ascensis camelis fugiunt dic aliqua inter eos qui cæsi sunt & qui fugere potuerunt esse distantiam. Legimus in euangelio turrem Siloæ cecidisse super decem & octo uiros & obrutos occidisse. Certe iuxta sententiam saluatoris non soli fuerant peccatores sed in formidine reliquorum puniti sunt ut pestilente flagello stultus sapientior fieret. Si omnium peccatoꝝ unum est supplicium iniuste alius occidit & per mortē alteri alius cōmouet. Opponis mihi Gomor māne unāq; mensuram & uestitum & capillos & barbam & calciamen ex æquo fuisse israelitarum quasi nō & nos Christi corpus æqualiter accipiamus. Vna est in mysteriis sancti-

ficatio domini & ſerui nobilis & ignobilis regis & militis: ꝙꝙ pro accipientium meritis diuerſum fiat quod unum eſt. Qui em̃ indigne mãducauerit & biberit reꝰ erit uiolati corporis & ſanguinis Chriſti. Nunquid qa & iudas de eodem calice bibit de quo & cæteri apoſtoli unius cum reliquis erit meriti? Quid ſi non uis recipere ſacramentum? Certe oẽs æqualiter uiuimus: unũ trahimꝰ aerẽ eodem humore irrigamur iiſdẽ cibis paſcimur. Porro ſi alimenta cocorum arte mutantur in melius: & fit aliquid ſuauius condituris huiuſcemodi cibi non naturæ ſatiſſaciunt ſed uoluptati æque eſurimusæque algemus: ſimul attrahimur frigore: æſtibus
Mat.5. & calore diſſoluimur. Sol quod & luna & oĩs aſtrorꝫ chorus & pluuiæ & mundus æqualiter nobis currunt & iiſdem omnes iuxta euangeliũ imbribus irrigamur boni & mali iuſti & iniuſti. Si præſentia exempla ſunt futurorum ergo & ſol iuſticiæ æqualiter iuſtis & peccatoribus impiis & ſanctis chriſtianis & iudæis atqꝫ gẽ
Mal.5. tilibus orietur cum ſcriptura dicat. Timentibus autẽ dominum orietur ſol iuſticiæ. Si timentibus orietur: ergo cõtemptoribus & pſeudo ꝓphetis occides. Oues quæ ſtant a dextris ad regna cœlorum introducunt
M hirci in tartarum detruduntur. Parabola iſta nõ ouiũ inter ſe merita & econtrario diſcribit hircorũ ſed iter oues & hircos tm̃ diſtantiam facit. Neqꝫ em̃ in oĩbus locis docentur omnia ſed unaqueqꝫ ſimilitudo ad id refertur cuius ſimilitudo eſt. Sicut & decem uirginum non totius generis humani ſed ſollicitorum & pigrorum exempla ſunt quorum alteri domini ſemper præſtolantur aduentum alteri ſomno & inertiæ ſe dãtes futurum iudicium non putant. Vnde & in fine parabolæ dicitur Vigilate quia neſcitis diem neqꝫ horam. Sed in diluuio liberatus eſt Noe: & omnis orbis interiit omnes caro erant & propterea perierunt. Aut nõ eiuſdem meriti dices filios Noæ & Noe ꝓpter quem filii liberati ſunt? Aut maledictum Cham in eodem pones loco in quo & patrem quia de diluuio ſimul liberatus eſt? in paſſione Chriſti omnes declinauerunt: ſimul inutiles facti ſunt: & non fuit qui faceret bonum non fuit uſqꝫ ad unũ. Audebis ne igitur dicere ſic negaſſe Petrum & cæteros apoſtolos qui fugerunt quomodo Caypham & Phariſæos & clamantem populũ crucifige crucifige talem? Et ut de apoſtolis taceã eiuſdem ne ſceleris tibi uidebit reus Annas & Cayphas & Iudas proditor cuius & Pylatus qui nolens compulſus eſt contra dominum ferre ſententiã? Quanto maioris meriti fuit Iudas: tanto maioris criminis eſt & ꝙ to maioris criminis: tanto maioris & pœnæ. potentes em̃ potenter tormenta patientur arbor mala fructus bonos non facit nec bona malos. Si hoc ita eſt reſpõde mihi quomodo Paulus cum eſſet arbor mala perſequens eccleſiam Chriſti: fecit poſtea fructus bonos Et Iudas cum eſſet arbor bona ſigna faciens cum apoſtolis poſtea uerſus in proditorem fecerit fructus malos Tãdiu nec ergo arbor bona malos fructꝰ facit nec mala bonos ꝙdiu uel in bonitate ſua uel in malicia perſeuerant ꝙ omnis Hebræus æqualiter facit paſca & ſeptimo anno liber efficitur: & iubilæo id eſt quinquageſimo uniuerſa poſſeſſio redit ad dominos hoc non de præſenti dicitur: ſed de futuro: quia in ſex diebus huiuſ ſæculi ſeruientes in ſeptimo die uero & æterno ſabbato liberemur. Si tamen noluerimus eſſe liberi duꝫ ad huc ſeruimus in ſæculo. Si autem noluerimus: perforabitur nobis auricula: in teſtimonium inobedientiæ & cum uxore & filiis noſtris quos prætulimus liberati id eſt cum carne & operibus iugiter ſeruiemꝰ. Parabola autẽ ſeminãtis quæ ex utraqꝫ parte ternos fructus facit & iuxta apoſtolũ ſuper fundamẽtum Chriſti alius ædificat aurũ argẽtum lapides præcioſos alius ligna fœnũ ſtipulã cũ & in domo magna diuerſa uaſa ſint perſpicue patet. Et huic uelle cõtradicere aptiſſime imprudẽtiæ eſt. Tamẽ ne exultet in mẽdacio & exemplũ apoſtolorũ in præiudiciũ centenarii & ſexagenarii & trigenarii afferat numeri: ſciat in Mathæo & in Marco apl̃is quia ſua uniuerſa dimiſerãt centuplũ reprommiſſum. In euãgelio autẽ Lucæ multo plura πολυπλεισιονα & penitꝰ i nullo euãgelio ꝓ cẽtũ eẽ ſeptẽ ſeqꝫ aut falſarii: aut imperitiæ reũ teneri nec nocere nobis quia in alio euãgelio a centũ in alio a triginta incipit numerari cũ oĩs ſcriptura maxime uetus minorem ꝑponat numerũ: & ſic ad maiorẽ gradatim cõſcendat. Verbi gratia ut dicat aliquẽ fuiſſe annoꝝ quiqꝫ & ſeptuaginta & centũ nec tamẽ quiqꝫ & ſeptuaginta plura poterũt eſſe ꝙ centũ quæ priora ſunt nominata. Si nõ accipis in bonã partẽ diuerſitatẽ numeri centũ & ſexaginta & triginta nec in malã partẽ accipies. Et idẽ uitiũ erit ſeminis qd̃ ſecus uiaꝫ cecidit: & ſuper petras & ſuper ſpinas. Si & illa tria: & hæc uel in bonã uel in malã partem ſingula ſunt: ſtultũ fuit ꝓ duabus rebus ſex ſpecies numerare. Præſertim cum in Mathæo & in Marco & in Luca narrata parabola ſaluator ſemper intulerit: qui habet aures audiendi audiat. Vbi nihil ẽ quod intrinſecus lateat fruſtra ad intelligentiam myſticam prouocamur.

Capl̃m XLV

Nam aũt pater & filius manſionẽ faciũt apud credẽtes: & ubi xp̃s hoſpes eſt. ibi nihil deeſſe exiſtimas puto q̃ aliter xp̃s habitaue/rit in Corinthiis: aliter in epheſiis. Hoc eſt aliter in his apud quos paulus ap̃ls peccata multa re p̃hẽdit: & aliter in his. qb9 ſacramenta a ſæculis ignorata diſſeruit: aliter in Tito & Timotheo: aliter ĩ pau/lo. Certe inter natos mulierũ nõ ſurrexit maior iohã/ne baptiſta: ubi aũt maior dicit̃. neceſſe eſt ut cæteros habuerit minores. Et q minor eſt ĩ regno cœlorũ: ma/ior eſt illo. Vides ergo q̃ in cœlis ſit maximus & minimus: & inter angelos quoq̃: & inter uiſibiles creatu/ras ſit multiplex & infinita diuerſitas. Quare dicunt
Luc.17. ap̃li: dñe auge nobis fidẽ: ſi oĩm una mẽſura eſt? Et do
Mat.14. minus ad diſcipulũ. Modice fidei: qd dubitaſti? In hie
Hier.31. remia quoq̃ de futuro regno legimus. Ecce dies ue/niũt dicit dñs: ut feriã domũ iſrael & domui iacob fœdus nouum: nõ ſc̃d'm pactum: quod pepigi cum patrí bus ueſtris. Et poſt paululũ: dabo legem meã in uiſceribus eorũ: & in corde eorum ſcribã illa3: & ero eis in deum: & ipſi mihi in populũ: & non docebit uir ultra p̃ximũ ſuũ: & uir fratrem ſuũ: dicẽs. cognoſcite dñm. Oẽs em̃ cognoſcẽt me a maximo uſq̃ ad minimũ: p/ſpicue ex cõtextu ipſius loci: futurũ xp̃i regnum p̃phe ta deſcribit. Et qua cõſequentia ibi erit minim9 & maximus ſi omnes æquales futuri ſunt. Vtiq̃ ea in qua in
Mat.5. euãgelio dicit̃. Qui docuerit & fecerit: hic uocabit̃ maximus in regno cœlorũ. Qui aũt docuerit & nõ fecerit
Luc.14. erit minimus. In cõuiuio ſaluator p̃cepit: ut inferiorẽ p̃occupemus locum: ne cum maior uenerit de ſuperiori turpiter extrudamur. Si cadere nõ poſſumus: ſed tm̃ per pœnitẽtiam ſubleuamur: qd ſibi uult ſcala illa in
Geñ.28. Bethel: per quã angeli deſcendũt atq̃ aſcendunt: qui de cœlis ad terram ueniũt? Certe inter oues & ad dexterã ſtabãt: dum ibi eſſent: angeli de cœlis deſcendũt & iouinianus de eorum poſſeſſione ſecurus eſt. Quis aũt riſum tenere queat in eo: q̃ multas mãſiões apud patrem eccleſias arbitret̃ in toto orbe diffuſas cũ manifeſtiſſime ſcriptura doceat ſc̃d'm euangelium iohãnis: nõ de eccleſiarum numero: ſed de cœlorum manſionibus & æternis tabernaculis. quæ p̃pheta deſiderat dño fuiſſe ſermonem? In domo inq̃t patris mei mãſiones multæ ſunt. Si quo minus dixiſſe3 uobis: qa uado uobis parare locum. & ſi abiero & p̃parauero uobis locũ: iterum ueniã & accipiã uos ad meip̃m. ut ubi ego ſum & uos ſitis. Locus & mãſiones quas p̃parare ſe dicit xp̃us ap̃lis: in domo utiq̃ ſunt patris: id eſt ĩ regno cœlorum: nõ in terra. in qua p̃ſens apoſtolos relinquebat. Simulq̃ ſenſus ſcripturæ intuendus dicerem inquit uobis: quia uado & p̃parabo uobis locum ſi nõ manſiones multæ eſſent apud patrem: hoc eſt ſi nõ unuſquiſq̃ manſionem ſibi nõ ex largitate dei: ſ3 ex propriis operibus p̃pararet. Et ideo non eſt meum parare ſed ueſtrum: quia & iudæ nihil profuit paratus locus: quem ſuo uitio perdidit: iuxta quem ſenſum & illud intelligendum: quod ad filios dicitur Zebedei. Mat. 20.
quorum alter a ſiniſtris alter cupiebat ſedere a dextris Calicem quidem meum bibetis ſedere aute3 a dextris meis ſiue a ſiniſtris nõ eſt meum dare uobis ſed quib9 paratum eſt a patre meo. Non eſt filii dare & quomodo patris eſt præparare? Paratæ inquit ſunt ĩ cœlo diuerſæ & plurimæ mãſiones plurimis diuerſiſq̃ uirtutibus quas non perſonæ accipiunt ſed opera. Fruſtra ergo me petitis quod in uobis ſitu3 eſt quod pater meus illis parauit. qui dignis uirtutibus ad tantam aſcenſuri ſunt dignitatem. Porro quod ait iterum ueniam & Ioh.14.
accipiam uos ad meipſum. ut ubi ego ſum & uos ſitis
proprie ad apoſtolos loquitur. de quibus & in alio lo ioh.17.
co ſcriptum eſt. ut quomodo ego & tu pater unum ſumus ſic & illi ĩ nobis unum ſint. qui crediderũt. qui perfecti ſunt qui poſſunt dicere pars mea dominus. Si autem non ſunt plurimæ manſiones quomodo & in ueteri teſtamento & in nouo alium ordinem pontifex tenet alium ſacerdotes alium leuitæ alium ianitores alium æditui? Et in limine Ezechielis ubi futuræ ec Eze. 47.
cleſiæ & cœleſtis Hieruſalẽ ordo deſcribitur ſacerdotes qui peccauerant regradantur in ædituos & in hoſtiarios. & cum ſint in templo dei hoc eſt a dextris nõ ſunt ĩter arietes ſed ĩter minimas oues. In fluuio quoq̃ illo qui de templo egreditur. & irrigat falſum mare. & uniuerſa uiuificat multæ ſpecies piſcium deſcribuntur. Quare in regno cœlorum archãgeli ſunt angeli throni dominationes poteſtates cherubin & ſeraphin. & omne nomen quod nominatur. non ſolum in præſenti ſæculo. ſed etiam in futuro. Sine cauſa diuerſitas nominum eſt. uhi non eſt diuerſitas meritorum. Archangelus utiq̃ aliorum minorum angelorũ archangelus eſt. & poteſtates & dominationes h3 bẽt alia. ſuper que exerceant poteſtatem & in quæ ſubiecta dominentur. Hoc in cœlis eſt. hoc in myſterio dei ne nos ſolito more irrideas atq̃ ſubſannes ſi imperatorem poſuerimus. & præfectos eius & comites & tribunos & centuriões & manipulos & reliquũ miliũæ ordinem.

Capm XLVI

OLlud aũt qđ ait. Neſcitis qa corpora ue/ſtra tẽplũ eſt ſpũſſancti: ualde friuolũ eſt cũ ſcriptura diuina ſoleat & unũ plurali/ter: & plura ſingulariter appellare: & ta/men ſciat in tẽplo quoq; ip̃o multas eſſe manſiũculas eſſe exterius atriũ: eſſe interius ueſtibula: eſſe ſanctum eſſe ſanctaſanctoꝝ: ſunt & culinæ in tẽplo: ſunt & cellariola ſunt & torcularia: & uaſoꝝ receptacula. Ita & in tẽplo corporis noſtri: diuerſa ſũt merita. Nõ æque deus oẽs inhabitat: nec ad eãdẽ mẽſurã oĩbus ĩfundit̃ de ſpũ Moyſi auferẽ: & ſeptuaginta p̃ſbyteris dar̃. Puto aliã eſſe abũdãtiã fluminis: aliã riuuloꝝ. Heliæ ſpiritus Heliſæo duplex dar̃: unde & duplex gratia fecit ſigna maiora. Ille unius mortuũ iſte mortuꝰ mortuũ ſuſcitauit. ille famẽ imp̃catꝰ eſt populo: iſte obſeſſe ciuitati ſub una die hoſtiles copias p̃buit: licet hoc qđ ait. Neſcitis qa corpa ueſtra tẽplũ eſt ſpũſſancti: de cũcta credẽtiũ dicat eccleſia q pariter cõgregati unũ x̃pi corpus efficiũt. Hic iã querit̃ in corpore: q pedibꝰ x̃pi dignus ſit: q capite: q oculus eius ſit: q manus. Quod & duæ mulieres in euãgelio: pœnitẽs & ſancta ſigni/
P ficãt quaꝝ altera pedes: altera caput tenet. Tãetſi nõ nulli æſtimãt unã eſſe: & quæ primũ cœpit a pedibus eã gradatim ad uerticẽ pueniſſe. Sed & illud qđ obiecit: nõ p his rogo tm̃: ſ3 p illis q credituri ſunt p uerbũ eoꝝ ĩ me: ut ſicut ego pater in te: & tu in me unum ſumus: ita oẽs unũ ſint in nobis: & q oĩs populus x̃pĩanus unũ ſit in deo quaſi filii chariſſimi diuinæ conſortes naturæ: iã ſupra diximus: & nũc plenius inculcandũ eſt: nõ nos ſcđm naturã. ſed ſcđm gratiã unũ eſſe in patre & filio. Neq; em̃ eiuſdem ſubſtãtiæ eſt: quod Manichæi ſolẽt dicere: aĩa humana & deus. Sed dilexiſti inqt eos: ſicut & me dilexiſti. Vides ergo q p in cõſortiũ ſubſtãtiæ eius aſſumimur nõ naturæ eſſe ſed gratiæ: & ideo nos diligit: qa filiũ dilexit pater: & mẽbra
Ioh.1. diligunt̃ ſc3 a corpore. Quotquot em̃ receperũt x̃pm dedit eis poteſtatẽ filiõs dei fieri: q credũt in noĩe eiꝰ q nõ ex ſanguinibus: neq; ex uolũtate carnis: neq; ex uolũtate uiri: ſed ex deo nati ſunt. Verbũ caro factum eſt: ut nos de carne trãſiremus in uerbũ: nec uerbum deſiit eſſe qđ fuerat: nec hõ pdidit eſſe: qđ natus eſt. Gloria aucta eſt: nõ mutata natura. Vis ſcire quõ cuꝫ x̃po unũ corpus efficiamur? Doceat te ip̃e q condidit
Ioh.6. Qui comedit carnẽ meã: & bibit ſanguinẽ meũ: hic in me manet: & ego in illo. Sicut miſit me uiuẽs pater: et ego uiuo p̃pter patrẽ. & q comedit me: uiuit p̃pter me
1.ioh.12 Iſte eſt panis q de cœlo deſcẽdit. Sed & iohãnes euangeliſta: q de pectore x̃pi hauſerat ſapiẽtiam in eadem uerba concordat dicens. In hoc intelligimus q; in eo manemus: & ip̃e in nobis: qm̃ de ſpũ ſuo dedit nobis Si qs cõfeſſus fuerit: qm̃ ieſus eſt filius dei: deus in eo manet: & ip̃e in deo eſt. Si credis in x̃po: quõ & apoſtoli crediderũt: unum cuꝫ eis in x̃po corpus efficieris Si aũt temerarium eſt fidem eorum tibi & opera uendicare: q fidem eandem & opera non habes: eũdẽ locum habere nõ poteris? Porro qđ iactitas ſpõſaꝫ ſororem matrem: & omnia hæc uocabula unius eſſe eccleſiæ: cũctoſq; credẽtes his noĩbus ſignificari. contra te facit. Si em̃ unus ordo eccleſiæ eſt. & non habet plurima membra in uno corpore quid neceſſe eſt ut ſponſa ſoror uocet̃ & mater? niſi aliorum ſpõſa aliorũ ſoror aliorum mater ſit. Stãt quidem omnes ad dexterã ſed alius ſtat ut ſpõſus alius ut frater alius ut filius. Fi Gal. 4
lioli inquit mei quos iterũ parturio donec x̃ps formetur in uobis putaſne eiuſdem eſſe meriti eos qui partu riũtur. & qui parturit. Vnde & ſtulte aſſerere uoluiſti omnia membra æqualiter nos diligere nec oculum p̃ponere digito nec manum auriculæ. ſed in ſingulorũ amiſſione membrorum dolorem eſſe communẽ. Cũ 1.Cor.12
ap̃ls doceat ad Corinthios alia mẽbra eẽ honeſtiora alia uerecũdiora & q̃ uerecũdiora ſũt: maiore hõeſtate circũdari q̃uero p ſe honeſta noſtra non indigere ſollicitudine. Eiuſdem ne ordinis arbitraris & meritos & aluum oculus & meatus per quos ſimus egerit̃ & urina. Lucerna inquit corporis tui eſt oculus tuus Si oculus cæcus fuerit totum corpus in tenebris eſt. Si Mat. 6.
digitum amputes ſi ſummitatem auriculæ eſt quidẽ dolor. ſed nõ tm̃ damnum nec tanta cum dolore deformitas q̃ta ſi oculos eruas trunces nares os diſſeces Sine aliis membris uiuere poſſumus ſiue aliis omnino nõ poſſumus. Sũt peccata leuia ſunt grauia. Aliud eſt decem milia talẽta debere aliud quadrãtem. Et de ocioſo quidem uerbo & adulterio rei tenebimur. ſed nõ eſt idem ſuffundi & torqueri. & erubeſcere & lõgo tempore cruciari. Putas noſtrum eſſe qđ loquimur? Audi apoſtolum iohãnem. Qui ſcit fratrem ſuuꝫ pec 1.ioh.5.
care p̃ctm̃ nõ ad mortem petat. & dabit ei uitam peccãti nõ ad mortem. Qui uero peccauerit ad mortem quis orabit p̃ eo. Cernis q p ſi p̃ peccatis minoribus deprecemur inpetremus ueniam. Si p̃ maioribus difficilis impetratio ſit? et inter peccata et p̃cta magnam eſſe diſtantiaꝫ. Vnde et de populo iſrael quia peccauerat peccatum ad mortem dicitur ad Hieremiaꝫ. Noli ora Hier. 7.
re pro populo hoc nec aſſumas pro eis deprecationẽ et non obſiſtas mihi. quia non exaudiam te. Si autem omnes æqualiter et introimus ſæculum. et eximus

de ſæculo:& hoc ꝓiudiciũ futuroꝝ ẽ: ergo æqualiter & iuſti & pctōres habebimur apud deũ: qa nunc pari modo & generamur & morimur. Quod ſi duos cōtẽ/dis eſſe Adā: alteꝝ terrenũ: alteꝝ cœleſtẽ: & q in terre no fuerint eos eſſe ad ſiniſtrã: q uero in cœleſti: eos eẽ a dextris. Rñde mihi interim: ut de duobus fratribus interrogẽ. Eſau in terreno fuit: an i cœleſti? Nulli du biũ eſt qn in terreno eũ fuiſſe rñdeas. iacob i quo fuit? Dices, ptinus in cœleſt. Et quō in cœleſti fuit: cuꝫ ad huc xps nō ueniſſet in carne: q ſecũdꝫ & cœleſtis adā dicit. Aut igit oēs ante incarnationẽ xpi in ueteri re/putabis Adā: & iuſti quoq; in terreno hoie: & ad ſiniſtrã erũt inter hircos tuos Aut ſi impiũ eſt ibi iſaac po nere: ubi iſmael: ibi iacob: ubi eſau: ibi ſanctos: ubi pctōres: nouiſſimus Adā ex eo tpe numerabitur: quo xps eſt natus ex uirgine. Et argumētũ duoꝝ Adā non ꝓficiet ouibus & hædis tuis: qa in primo Adā & oues & hædos cōuincimus fuiſſe: & in uno atq; eodē hoie: alios a dextris dei ſtetiſſe: alios a ſiniſtris. Ab Adā em̄ uſq; ad Moyſen mors ſup oēs dñata eſt: etiā ſup eos q nō peccauerunt in ſimilitudinem ꝓuaricatōis Adam

Capm XLVII

QUE eo aũt qd niteris approbare cōuitiuꝫ & homicidiũ racha & adulteriũ et ocioſum ſermonẽ & impietatẽ nō ſupplicio repẽſa ri: iã et ſup: a tibi rñſumeſt: & nũc breuiter reſpōdebo. Aut pctōrẽ te negabis ut nō ſis reus gehen næ: aut ſi peccator fueris etiã de leui crimine dui eris ad tartarũ. Os inqt qd mentit: occidit aĩaꝫ. Suſpicor te aliqñ ut hoieꝫ fuiſſe mẽtitũ: oīs em̄ hō mẽdax ut ſit ſolus deꝰ uerax: & iuſtificet in ſermōibꝰ ſuis & uincat cũ iudicauerit. Aut igit hō nō eris: ne mẽdax ſis aut ſi qa hō es mẽdax fueris: cũ parricidiis & adulteris punie ris nulla ẽ em̄ iter pctã diuerſitas & nō tibi habebũt tã tas gratias: quos de hũili i ſublime eleuas: q̃tũ iraſcẽ/tur: quos ꝓpter leue quotidianũq; peccatũ in exterio/res tenebras retruſiſti. Si aũt in ꝓſecutione: q ſuffocat & q decollat: & q fugerit: & q in carcerẽ retruſus obie rit: in uariis luctæ generibus una corona uictoriæ eſt: & hoc ꝓ nobis facit. In martyre em̄ uoluntas: ex qua ip ſa mors naſcit: coronat. Meũ ẽ opponere me gẽtiliũ furori: & dñm non negare. Iã in illoꝝ arbitrio eſt: aut decollare aut urere aut recludere in carcere: aut uaria adhibere genera pœnarũ: qd ſi fugero: & in ſolitudi nem abiero: eadẽ erit corona moriẽtis: qa eadem & cã mortis eſt xps. Ad illud uero qd dicis: inter eum fra/trem qui ſemper cum patre fuerit: & qui poſtea pœ/nitens eſt receptus: nihil penitus diſcrepare. Adiicio ſi uis: & drachm̄ unã: quæ ꝓdita fuerat: & inuẽtã iun ctã eſſe cum reliqs: & ouẽ unã quã nonagintanouem ouibꝰ derelictis bonus paſtor inq̃ſiuit & retulit expleſ ſe numerũ cẽtenariũ. Sed aliud eſt ꝓ pœnitentem eſſe: & lachrymis ueniã deꝓcari: aliud ſemp eſſe cum pa/tre. Vnde p ezechielẽ ad reportãdã ouem & perditum quõdã filiũ loqtur paſtor & pater. Et ſuſcitabo pactũ meum tecuꝫ: & ſcies quia ego dñs: & recordaberis: & cõfunderis: ut nõ ſit tibi ultra aperire os præ cõfuſiõe tua: cũ placatus fuero tibi in oībus quæ feciſti: ut nihil minus iuſto habeãt pœnitẽtes: ſufficit eis ꝓ oī pœna ſola confuſio. Vnde & in alio loco dicit ad eos: & re cordabimini uiarũ ueſtrarũ peſſimarũ et oīm ſcelerum quibus polluti eratis: et diſplicebit uobis in cõſpectu ueſtro in oībus malitiis ueſtris quas feciſtis. et ſcietis quia ego dñs: cũ bene fecero uobis, ꝓpter nomẽ meuꝫ et nõ ſcd'm uias ueſtras malas: neq; ſcd'm ſcelera ue/ſtra peſſima. Arguit quoq; a patre filius: q ſaluti fra/tris inuideat: et cuꝫ angeli letent in cœlo: ille liuore cruciet. Quã q̃ duoꝝ fratrum ſimilitudo frugi et luxu rioſi: nō ad merita totius generis humani: ſed uel ad iudæi ptineãt xpianiq; pſonas uel ad ſanctoꝝ et pœ/nitẽtiũ. Sup q̃ parabola libellũ quondã damaſo ẽpo dũ adhuc uiueret de licaui. Porro ſi opariis primæ ho ræ et tertiæ et ſextæ et nonæ et undecimæ: unus dena/rius reddit: et ab eis incipit ꝓmiũ: qui nouiſſimi in ui nea laborauerũt: et hic non unius tpis et unius ætatis hoies deſcribunt. ſed ab exordio mũdi uſq; ad finem uocationũ ſacramenta ſunt diuerſaꝝ. Prima hora uo cat Abel et ſeth. Tertia enoch et Noæ Sexta Abraã iſaac et iacob Nona Moyſes et ꝓphetæ. Vndecima gẽ tiliũ ppls. Cui primo reddit merces quia in crucifixũ credẽs dñꝫ difficultate fidei magnitudinẽ meruit præ mioꝝ. Multiq; reges et ꝓphetæ quæ ſierũt uidere quæ uidemus et nõ uiderũt. Vnus aũt denarius nõ unũ eſt ꝓmiũ: ſed una uita et una de gehẽna liberatio. Cæteꝝ quõ ad indulgentiã principalẽ diuerſoꝝ criminũ rei dimittunt de carcere et unuſq̃ſq; ꝓ labore uel opibus ſuis. in hoc uel in illo ſtatu uitæ eſt. ita et denariꝰ qua ſi indulgẽtia ueri principis. oēs p baptiſmũ emittit de carcere. Iã noſtri laboris ẽ ꝓ diuerſitate uirtutũ diuer/ſa nobis ꝓmia ꝓparare.

Capi. XLVIII

DVcuſq; per partes ad propoſita reſpondi mus. ſequens ſermo in commune ad om nes reſpondebit dominus ad diſcipulos ſuos. Qui uult inquit inter uos maior eſſe ſic oīꝫ minimus. Si oēs in cœlo æquales futuri ſumus fruſtra nos hic humiliamꝰ ut ibi poſſimꝰ eẽ maiores.

Eze. 16.

R

Mat. 20.

Luc.7. De duobus debitoribus quingẽtoꝝ denariorꝝ & quin
q̃gita:cui plus dimittit plus amat: Vnde & ſaluator
Dico inqt tibi remittunt ei peccata multa qm̃ dilexit
multũ.Cui aũt minus dimittit:minus diligit.Qui mi
nus diligit:& minus ei dimittit:utiq; in minori gradu
Mat.25. erit Paterfamilias ꝓficiſcẽs tradidit ſeruis ſuis ſubſtã/
tiaꝫ alii quinq; talẽta:alii duo alii unũ: unicuiq; ſcd'm
Luc.19. ꝓprias uires. Simile qd & in alio euãgelio ſcribit:q;
homo nobilis ꝓficiſcẽs in regionẽ longinquã ut acci
peret ſibi regnũ & reuerteret:uocauerit decẽ ſeruos &
dederit eis ſingulas mnas de qb9 unus lucrat9 ẽ decẽ
mnas alius quinq;:& ſinguli iuxta uires ſuas & emo/
lumentũ.uel decẽ uel quinq; acceperũt ciuitates.Por/
ro alius q unũ talentũ ſiue unam mnaꝫ acceperat:qd'
accepit infodit ſiue in ſudario colligauit: & dñi reſer/
uauit aduentui.Primo conſiderãdũ q; iuſti nõ ſpe ꝓfe
ctus laborãt ut uult noſter Zenon:ſed ne perdant qd'
acceperãt iſte qui mnã& talentũ infodit ne ꝑderet qd'
acceperat non peccauit magiſq; laudãda eſt cautio re
ſeruãtis:q̃ caſſus labor eoꝝ q ſine laboris ꝓmio deſu/
darũt.Deinde q; hoc ip̃m talentũ qd' auferẽt a timido
uel negligẽte ſeruo non deẽ ei qui minus lucri fecerat
ſed qui plus id eſt q ſup decem poſitus fuerat ciuitates
Si numerus nõ facit ordinẽ quare dixit dedit unicuiq;
ſcd'm ſuas uires.Si eadem lucra ſunt quinq; talentoꝝ
& decem cur ei qui minus lucri fecerat nõ deceꝫ :& ei
qui plus:nõ quinq; tradunt urbes? Quod aũt dñs nõ
his cõtentus ſit quæ habemus:ſed ſemper maiora deſi
deret ip̃e monſtrat dicens.Quare nõ dediſti pecuniaꝫ
meã ad trapezetas:& ego ueniẽs cum uſura exegiſſem
Phil.3. Quod qdem & Paulus ap'ſus ſciens ꝑteritoꝝ obliuiſci
tur:& ad ea quæ in ante ſunt ſe extẽdit id eſt quotidie
ꝓficit nec ſeruat in ſudario delicate gratiam quã acce
pit.Sed auarus negociator renouat de die in diem: &
decreſcere ſe putat niſi ſemp creuerit.Sex urbes fugiti
Leuit.35 uoꝝ deſcribunt in lege hoies iterficere uolẽtes:& ip̃e
urbes ſacerdotales ſũt iterrogare libet fugitiuos iſtos
iter hircos tuos:an iter oues noſtras colloces? Si hirci
eẽnt occiderent ut homicidæ cæteri nec miniſtroꝝ dei
intrarẽt ciuitates.Si oues dixeris :utiq; nõ erunt tales
oues quæ abſq; lupoꝝ metu tota libertate paſcantur.
Et ꝓbabit tibi oues quidẽ eas eẽ:ſed erroneas ad dex
tris eſſe:uerũ nõ ſtare:ſed fugere donec moriat ſacer/
dos magnus & ad inferna deſcẽdens liberet aĩas fugi
tiuoꝝ:Gabaonite occurrunt filiis iſrael :& cæſis aliis
gentibus in lignarios & aquarios reſeruant. Tantiq;
apud deum meriti ſunt:ut ſtirps Saul ob eorum iniu/
rias ſit deleta.Inter quos eos collocabis? Inter hircos:
ſed non ſunt interfecti:& ſentẽtia dñi iudicant oues
Sed dicit ſcriptura diuina q; non ſint eiuſdẽ meriti cu/
ius & iſraelitæ.Vides ergo q; ſtent qdem a dextris:ſed
multo inferiori gradu.Inter Dauid uirum ſanctum &
Saul regem peſſimũ medius Ionathas fuit.Quẽ nec in
ter hædos poſſumus ponere qa ꝓphetæ amore dignꝰ
eſt:nec inter arietes:ne parem eum faciamus.Dauid
maxime cum & ipſe interfectus ſit.Eritigit inter oues
ſed in inferiori ordine.Et quomõ inter Dauid & Iona
thã:ita iter ouẽ & ouẽ cogeris ſuſcipere differẽtias? Ser
uus qui cognouit uolũtatẽ dñi ſui:& nõ ꝓparauit.nec
fecit ſcd'm uoluntatẽ eius uapulabit multis.qui autẽ
nõ cognouit & nõ fecit plagis uapulabit paucis.Om
ni em̃ cui multũ datũ eſt:multum queret ab eo: & cui
cõmendat multum: plus exigit ab illo. Ecce ſeruo &
ſeruo plus minuſue cõmittit:& ꝓ qualitate cõmiſſi at
q; ꝑcti plagaruꝫ quoq; numerus irrogat.Tota iudeæ
terræ tribuũq; deſcriptio futuræ eccleſiæ i cœlis typus
eſt Legam9 leſuꝫ nauæ:legam9 Ezechielis extremas
partes & uidebimus qcquid in altero quaſi p hiſtoriã
in terra diſtribuit in altero in cœlis ſpiritaliter repro/
mitti. Quid ſibi uolũt in deſcriptõe templi ſeptem &
octo gradus? Quid rurſum in pſalterio poſt ælemẽta
cẽteſimio octauidecimi pſalmi qbus myſticũ erudimur
alphabetũ ꝓ quindecim gradus uſq; illuc puenimus:
ut poſſimus canere.Ecce nũc bñdicite dñm :oẽs ſerui Eze.4
dñi.Qui ſtatis in domo dñi:in atriis domꝰ dei noſtri?
Quare duæ & ſemis tribus trãs iordanẽ habitant :ubi
plurima ſunt iumẽta:& nouẽ & ſemis reliquæ:uel ex/
pellũt priſtinos habitatores de ſedibus ſuis :uel cum
ip̃is habitãt? Cur leuitica tribus in terra partẽ nõ acce/
pit.ſed dñs pars eius eſt:& inter ip̃os leuitas & ſacer/
dotes ad ſancta ſanctoꝝ ubi cherubin & ꝓpiciatoriuꝫ
eſt pontifex ſolus ingredit? Quare reliqui ſacerdotes
lineis tm̃ utunt ueſtibus:et nõ habent indumẽtũ auro
hiacyntho:cocco:purpura:byſſoq; cõtextum? Inferio
ris gradꝰ Leuitæ & ſacerdotes & plauſtra & boues ac
cipiũt.Maioris ordinis ip̃i geſtãt arcam dũi humeris
ſuis ſi tollis ordinem tabernaculi:tẽpli eccleſiæ: ſi oẽs
qui a dextris ſunt:corpus unum ut uulgo dicitur ενσωμα
ad militiam prodit: ne quicq̃ epiſcopi fruſtra præ
ſbyteri ſine cauſa diaconi ſunt. Quid perſeuerant uir/
gines? Quid laborãt uiduæ? Cur maritæ ſe continent?
Peccemus omnes: & poſt pœnitentiam idem eri/
mus:quod apoſtoli ſunt. Verum iam cœpimus ter/
ram perſpectare de pelago:& poſt montes gurgitum
& ſpumoſos fluctus & nauesꝫ uel in ſublime erectã uel
in mari præcipitem:paulatim feſſis & languẽtibꝰ por

tus aperitur. Capm XLIX

TOlximus de nuptiis uiduis uirginib9. Viduitati uirginitatē uiduitatē ꝑtulimus matrimonio. Expoſita eſt περικοπη id eſt: concilio apli: de huiuſcemōi qōib9 diſputātis: ſingulis opinionibus reſponſum eſt. Sæcularis quoq; litteratura uenit in mediū: quæ uirgines fuerint: quæ uiduiræ: & ecōtrario quas interdū habeat moleſtias uinculū cōiugale. Trāſiuimus ad ſecūdā partitionē in qua negat eos: q tota fide baptiſma cōſecuti ſūt deinde poſſe peccare. Et docuim9 q excepto deo omnis creatura ſub uitio ſit: nō q uniuerſi peccauerint: ſed q peccare poſſint: & ſimiliū ruina ſtātiū metus ſit. Tertio uenimus ad ieiunia. Et qa aduerſarii duplex ꝓpoſitio fuerat: uel ad philoſophos uel ad diuinarū ſcripturarū ꝓuocantis exēpla nos quoq; ad utrāq; reſpōdimus. Quarta eſt extrema diuiſio oues & hædos dexterā & ſiniſtrā iuſtos & pctōres in duos ordines diſtribuerat uolēs oſtēdere nullā inter iuſtū & iuſtū: pctōrē & pctōrē eſſe diſtātiā. Et ut hoc ꝓbaret: infinita de ſcripturis exempla cōgeſſerat: quaſi ſuo cēſui cōgruentia cuius nos queſtioni & argumentis & exemplis reſpondimus ſcripturarum: ueterēq; zenonis ſniam tā cōmuni ſenſu q diuina lectiōe cōtriuim9. Nūc reſtat ut epycurū noſtrū ſudātē in hortulis ſuis inter adoleſcentulas & mulierculas alloquamur: fauēt tibi craſſi nitidi dealbati. Adde ſi uis iuxta Socraticā irriſionē: omnes ſues & canes: & qa carnem amas uultures quoq; aq/las accipitres & bubones nunq nos Ariſtippi multitudo terrebit. Quoſcūq; formoſos: quoſcunq; calami ſtratos: quos crine compoſito: quos rubentibus buccis uidero: de tuo armento ſunt: immo inter tuos ſues grūniūt. de noſtro grege triſtes pallidi ſordidati: & q ſi peregrini huius ſæculi licet ſermone taceant habitu
ps.119. loquūtur & geſtu. Heu mihi qa peregrinatio mea ꝓlōgata eſt: habitaui cum habitātibus cedar: uidelicet in tenebris huius mūdi: qa lux lucet in tenebris & tenebræ eam nō comꝓhenderūt. Ne glorieris q multos diſcipulos habeas: filius dei docuit in iudæa: &: xii. tm
Esa.73. illum apoſtoli ſequebant ſoli. Torcular inqt calcaui ſolus & de gentibus uir nō eſt mecū. Ille in paſſione ſolus remāſit. & petri quoq; erga eum trepidauit conſtātia phariſæoꝝ autē doctrinæ oīs populus applau
Mat.27. debat dicēs. Crucifige crucifige talem. Non habemus regem niſi Cæſarem. i. uitia ſequimur nō uirtutes. Epicurum nō xpm iouinianū non apm paulum. Quod multi acquieſcūt ſententiæ tuæ: indicium uoluptatis eſt: nō em tā te loquentem ꝓbant: q ſuis fauent uitiis. In circulis platearum quotidie fictus ariolus ſtultorū nates uerberat & obtorto fuſta dentes mordētiū quatit: nec tñ deeſt qui ſemper poſſit induci: & ꝓ magna ſapientia reputas: ſi plures porci poſt te currāt: quos gehennæ ſuccidiæ nutrias poſt ꝓconium tuum: & balneas quæ uiros pariter & fœminas lauant. omnis impatientia quæ ardentē prius libidinem quaſi uerecūdiæ ueſtibus ꝓtegebat nudata eſt & expoſita quæ ante in occulto erāt: nunc in ꝓpatulo ſunt. Oſtēdiſti tales diſcipulos nō feciſti hoc ꝓfecit doctrina tua. ut ne peccatū q dem pœnitentiam habeat. Virgines tuæ quas prudentiſſimo cōſilio qd nemo unq legerat nec audierat de apl'o docuiſti melius eſt nubere q uri occultos adulteros in apertos uertūt maritos. Non ſuaſit hoc apoſtolus non electionis uas. Virgilianū conſilium eſt.

Coniugium uocat. hoc ꝓtexit nomine culpam

Quadringenti ferme anni ſunt. q xpi ꝓdicatio fulget in mundo. Ex quo innumerabiles hæreſes tunicā illius conſciderūt. uniuerſus pene error de Chaldeo & Syro & græco ſermone ꝓceſſerat. Baſilides magiſter luxuriæ & turpiſſimorum cōplexuum poſt tot annos ita in iouinianum quaſi in euphorbum tranſformatus eſt, ut latina quoq; lingua haberet hæreſē ſuā Nulla ne fuit alia in toto orbe ꝓuincia quæ reciperet ꝓconium uoluptatis: in qua coluber tortuoſus irrepe/ret: niſi in qua petri doctrina ſuper ſe petrā fundauerat xps. in qua uexillum crucis & ꝓdicationis auctoritas idolorum templa deſtruxerat: e regiōe luxuria penis uentris & gutturis ſubuertere nitit fortitudinē crucis. Vnde per eſaiam loquitur deus. Populus meus q Esa.9.
uos beatificāt. ſeducunt uos & ſemitas pedum ueſtrorum conturbant. Necnon per Hieremiam. Fugite de Hier.51.
medio babylonis & ſeruate unuſqſq; aiam ſuā. & nolite credere pſeudo prophetis qui dicunt pax pax. & non eſt pax qui ſemper ingeminant templum domini. templū domini. Prophetæ tui uiderunt tibi falſa & inſipientia non aperuerunt iniquitatem tuam. ut te ad pœnitentiam prouocarent qui deuorant plēbē ſuam ut cibum panis deum non inuocauerunt. Hieremias captiuitatem nuncians. lapidatur a populo. Ananias filius Azor frangebat ad præſens ligneas torques. & in futurum ferreas præparabat. Semper pſeudo prophetæ dulcia pollicentur. & ad modicum placent amara eſt ueritas. & q eā ꝓdicāt replent amaritudīe. In azimis em ueritatis & ſinceritatis dñi paſca celebrat & cū amaritudinib9 comedit. egregia ſane uox & quā audiat ſpōſa xpi inter uirgines & uiduas &

cœlibes:unde & ipm nomẽ inclytũ eſt:q; cœlo digni ſunt q coitu careãt. Raro ieiunate crebrio nubite. Nõ em̃ poteſtis iplere opera nuptiaꝝ:niſi mulſum & car/nes & nucleũ ſumpſeritis. Viribus opus eſt ad libidi/nẽ. Cito caro cõſumpta marceſcit. Nolite timere for/nicationẽ. Qui ſemel in xp̃o baptizatus eſt:cadere nõ põt:hꝫ em̃ ad deſpumãdas libidines ſolatia nuptiaꝝ Quod & ſi ceciderit:reintegrabit uos pœnitẽtia: & q in baptiſmate fuiſtis hipocritæ:eritis in pnía ſolidæ fidei:neq; turbemini: putãtes inter iuſtũ & pœnitẽtẽ aliqd intereſſe:humiliorem gradũ dare qdem uenia ſed coronã tollere:una eſt em̃ retributio: q ad dexte/rã ſteterit:introibit in regna cœlorꝝ. His cõſiliis ſubul ci tui paſtoriboꝫ noſtris ditiores ſunt:& hirci plurimas ſecũ capras trahũt. Eq inſaniẽtes ĩ fœminas facti ſũt ſtatim ut mulieres uiderit hinniũt:& impatientiã ſuã prohnephas:ſcripturaꝝ ſolant exemplis: ſed ut ipſæ mulierculæ miſeræ & nõ miſerabiles p̃ceptoris ſui uer ba cãtantes:qd em̃ niſi ſemẽ req̃rit deus:nõ ſoluꝫ pu dicitiam:ſed etiã uerecũdiam perdiderũt:maioriq; p̃ cacitate defendũt libidinem:q̃ exercent. Habes p̃terea in exercitu tuo plures ſuccenturiatos:habes ſcurras & uelites in p̃ſidiis craſſos cõptos nitidos clamatores q te pugnis calcibuſq; defendãt. Tibi cedũt de uia no/biles:tibi oſculãtur diuites caput. Niſi em̃ tu ueniſſes æbrii atq; ructãtes paradiſum intrare nõ poterãt: ma ete uirtute:immo uitiis: habes in caſtris tuis & amazo nas exerta mamma:& nudo brachio & genu:ueniẽteſ cõtra ſe uiros ad pugnã libidinum ꝓuocãtes. Et quia opulẽtus paterfamilias es:in auiariis tuis nõ turtures ſed upupæ nutriuntur:quæ tota fetidæ uoluptatis lu/ſtra circũuolet. Me carpe me diſiice obiice crimina q̃ uolueris argue luxuriæ & delitiaꝝ. Magis me amabis ſi talis fuero:ero em̃ de armẽto tuo. Sed ad te loquar quæ ſcriptã in frõte blaſphemiã xp̃i cõfeſſione deleſti Vrbs potẽs:urbs orbis dña:urbs apoſtoli uoce lauda ta:interprætare uocabulum tuum. Roma aut fortitu dinis nomẽ eſt apud græcos:aut ſublimitas iuxta he/bræos. Serua quod diceris:uirtus te excelſam faciat: nõ uoluptas humilem. Maledictionem quam tibi ſal uator in Apocalypſi comminatus eſt: potes effugere p pœnitẽtiã:habẽs exemplum Niniuitarum. Caue lo uiniani nomẽ qd' de idolo deriuatum eſt. Squalet ca/pitolium:templa iouis & cerimoniæ cõciderunt. Cur uocabulum eius et uitia apud te uigeãt? Adhuc ſub re gibus:et ſub Numma Pompilio facilius maiores tui pythagoræ cõtinentiã:q̃ ſub conſulibus epicuri luxu/riam ſuſceperunt.

¶ Beati hieronymi p̃ſbyteri ad pãmachium de obtre ctatoribus ſuis:q librum ſuũ aduerſum iouinianũ car pebãt:quaſi nimius fuiſſet in laude uirginum & inter p̃tatione nuptiaꝝ:contra quos dicit ſe apologeticon mittere q ſtatim infra ſubiicit. Epi. VII

CHriſtiani iterdũ pudoris eſt:etiã apud ami cos tacere:& humilitatẽ ſuã magis ſilẽtio conſolari:q̃ retractãdo ueteres amicitias ambitionis crimen incurrere. Quãdiu ta/cuiſti tacui:nec unq̃ expoſtulare ſup hac re uolui: ne nõ amicum quærere:ſed portionem uiderer expetere Nũc aũt ꝓuocato officio litteraꝝ primas partes ſemp habere tẽtabo & nõ tã reſcribere q̃ ſcribere. Vt & uere cunde hucuſq; tacuiſſe:& uerecundius loqui cœpiſſe cognoſcar. De opuſculis meis cõtra iouinianuꝫ: q & prudenter & amãter feceris exemplaria ſubtrahendo optime noui. Sed nihil ꝓfuit iſta diligẽtia:cũ aliquan ti ex urbe ueniẽtes mihi eadẽ lectitarent: quæ ſero me excepiſſe referebãt. In hac quoq; ꝓuincia iam libri fue rant diuulgati:& ut ipe legiſti:neſcit uox miſſa reuer/ti. Nõ ſunt tãtæ fœlicitatis:q̃tæ plæriſq; huius tempo ris tractatores:ut nugas meas quando uoluerim emẽ dare poſſim. Statim ut aliquid ſcripſero: aut amato/res mei:aut inuidi diuerſo quidem ſtudio:ſed pari cer tamine in uulgus noſtra diſſeminant: et uel in laude uel in uituperatione nimii ſunt:nõ meritum ſtili: ſed ſuum ſtomachum ſequẽtes. Itaq; qd' ſolum facere po/tui:apologeticum iplius operis tibi miſi:quem Ερπο εφωνησα & te poſcẽte edidi. Quem cum legeris: aut ip ſe pro nobis cæteris ſatisfacies:aut ſi tu quoq; narẽ cõ traxeris:illam apoſtoli περικοπην:id eſt amputationẽ in qua de uirgin tate & nuptiis diſputat:aliter diſſere re compelleris:nec hoc dico q; te ad ſcribẽdum ꝓuo/cem:cuius in ſacris litteris ſtudium mihi p̃fero. Sed ut alios q nos lacerãt hoc facere compellas:norunt lit/teras:uident ſibi ſcioli:poſſunt me nõ reꝑhendere:ſꝫ docere. Si aliqd ſcripſerint magis ex operis eorũ cõ/paratõe. mea iterp̃tatio negliget. Lege quæſo te & di ligẽter apli uerba conſidera:& tunc uidebis me ꝓpter calũniam declinãdam multo plus q̃ ille uoluit in ma ritos fuiſſe clementem. Origenes. Dionyſius pierius. Euſebius cæſarienſis. Didymus. Apollinaris latiſſime hãc æpl'am interp̃tati ſunt:quoꝝ Pierius cum ſenſum apli uẽtilaret atq; diſſereret:& ꝓpoſuiſſet illud expo/nere. Volo aũt oẽs eſſe ſicut meip̃m:adiecit tẽtaleton paulo tãri crifatã nã ceteſi. quod hoc quæſo peccatuꝫ meũ eſt quæ duritia? Vniuerſa quæ ſcripſi:huic ſenten tiæ cõparata leuiſſima ſunt. Reuolue oĩm quos ſupra

1. Cor. 7

memoraui cõmẽtarios: & ecclesiaꝝ bibliothecis frue/re: & magis cõcito gradu ad optata cœptaq; puenies Audio totiꝰ te urbis studia cõcitata. Audio põtificis & ppli uolũtatẽ pari mẽte cõgruere. Minus est tenere sa/cerdotiũ: q̃ mereri libros. xvi. ꝓphetarũ: quos: ĩ latinũ de hebræo sermone uerti. Si legeris: & delectari te hoc opere cõperero: ꝓuocabis nos etiam cætera clausa ar mario nõ tenere. Trãstuli nup Iob in lingã nostram: Cuius exemplar a sancta Narcella cõsobrina tua po/teris mutuari lege eũdẽ græcũ: & latinũ: & ueterẽ edi/tionem nostræ trãslatiõi cõpara: & liq̃do ꝓuidebis q̃tũ distet inter ueritatẽ & mẽdaciũ. Misetã quædã Τωννπρ μνηα Τωνν in ꝓphetas. xii. sancto patri Domnioni Sa/muelẽ quoq; & Malachi. i. quattuor regũ libros. Quæ si legere uolueris, ꝓbabis quãtæ difficultatis sit diui/nam scripturã & maxime ꝓphetas intelligere: & inter prætũ uitio quæ apud suos purissimo cursu oratõis la bunt: apud nos scatere uitiis. Porro eloquẽtiã quã ꝓ xp̃o in Cicerone cõtẽnis in paruulis ne regras. Eccle/siastica interp̃tatio etiã si habet eloquii uenustatẽ dis/simulare eã dz & fugere: ut nõ ociosis philosophorũ scolis pauciscq; discipul': sz uniuerso loq̃t' hoiz generi.

¶ Liber apologeticus beati Hieronymi ad Pamma/chium in defensionẽ librorꝫ cõtra louinianuz in quo docet se nõ dãnasse nuptias: sed illis uirginitatẽ ꝓtu/lisse: & apli capitulum benignius etiam pro nuptiis a se q̃ cæteris interp̃tatũ. Epi. VIII

X QVod ad te hucusq; nõ scripsi: causa fuit si/lentiũ tuũ. Verebar em̃ ne si tacẽti scriberẽ molestũ me magis q̃ officiosum putares. Nũc aũt ꝓuocatus dulcissimis litteris tuis & huiusce modi litteris: quæ me ad philosophiam no stri dogmatis ꝓuocarẽt & cũ discipulũ quõdã & soda lem & amicũ obuiis (ut aiũt) manibus excipio. defen/sorẽq; meorꝫ opusculorꝫ paro ita tñ: si ante te placatũ iudicẽ habuero ĩmo si oratorẽ meũ sup oĩbus que ĩ me arguũtur instruxero. Hoc em̃ & Tulius tuus & ante il/lum in breui & solo uolumine scripsit Anthonius pri/mã causaz esse uictoriæ: & diligẽter cãz ꝓ qua dicturꝰ est discere. Reꝓhendũt me quidã q; in libris quos ad uersum iouinianũ scripsi nimius fuerim: uel in laude uirginũ: uel in suggillatione nuptiarꝫ: & aiũt cõdem/nationẽ quodãmodo esse matrimonii. intantũ pudi/citiam prædicare ut nulla posse uideat' inter uxorẽ & uirginẽ cõparatio derelinqui. Ego si bene ꝓblematis memini: inter iouinianũ: & nos ista cõtẽptio est: q; il/le exæquet uirginitati nuptias nos subiiciamus ille pa rum uel nihil: nos multũ ĩteresse dicamꝰ. Deniq; iccir co te post dñm faciẽte: dãnatus est q; ausus sit ppetuæ uirginitati matrimoniũ cõpare. Aut si idip̃m uirgo pu tatur: & nupta cur piaculũ uocis huius romæ Victori/nus audire nõ potuit? Virgo a uiro nõ uir a uirgine ge/nerat'. Mediũ esse nihil põt: aut mea sẽnia sequẽda est: aut iouiniani. Si reꝓhendor: q; nuptias uirginitati sub iicio laudet' ipe qui cõpat. Si aũt dãnatus est q; æqua/les putabat dãnatio eius mei operis testimoniũ sit. Si sæculi hoies indignant' in minori gradu se esse q̃ uirgi nes miror clericos & monachos & cõtinentes id non laudare qd' faciũt. Castrãt se ab uxoribus suis ut imitẽ tur uirginũ castitatẽ. Et idip̃z uolũt eẽ maritas qd' uir gines autiũgant' itaq; uxoribꝰ suis qbus renũciauerãt aut si se abstinuerint etiã tacẽtes cõfitebunt' meliꝰ es/se qd' nuptiarũ operi p̃tulerũt. An ego rudis ĩ scriptu/ris: & nũc primũ sacra uolumina legẽs lineã & (ut ita dicam) tenue dicẽdi filũ inter uirginitatez & nuptias seruare nõ potui? Videlicet nesciebãt dictuz. Noli esse Eccl. 17.
iustus multum & dum unũ latus ꝓtego in altero uul/neratus sum. Atq; ut manifestius loquar dũ cõtra iouinianuz p̃sso gradu pugno a Manichæo terga mea cõ/fossa sunt. Nõne quæso statĩ in principio opis mei ista præfatus sum? Neq; em̃ nos Martiõis & Manichæi do/gma sectãtes nuptiis detrahimus. Nec Taciani princi pis Encraticaꝝ errore decepti oẽm coitũ spurcuz puta mus q; nõ soluz nuptias: sed & cibos quoq; quos deus creauit ad utẽduz dãnãt & reprobãt: Scimus ĩ domo magna nõ solum uasa aurea & argẽtea eẽ sz & lignea & fictilia: & sup fundamẽtũ xp̃i qd' paulus architectꝰ posuit alius supædificauit auruz argẽtũ lapides p̃cio/sos alius ecõtrario fœnũ: ligna: stipulã. Non ignora/mus honorabiles nuptias & cubile ĩmaculatũ. Legi/mus primã dei sniam. Crescite & multiplicamini: & re Gen. 1.
plete terram sed ita nuptias recepimus ut uirginitatez, quæ de nuptiis nascitur proferamus. Nunquid argen tũ non erit argentum si aurum præciosius est? Aut ar/boris & segetis contumelia est si radici & foliis culmo & aristis poma præferantur & fructus? Vt poma ex ar/ Y
bore frumẽtũ ex stipula ita uirginitas ex nuptiis. Cẽte simus & sexagesimꝰ & tricesimꝰ fructus q̃q̃ de una ter ra & de una semente nascat' tñ multũ differt in nume ro. Triginta referunt' ad nuptias quia & ipa digitorꝫ cõiũctio q̃si molli osculo se cõplexãs & fœderãs ma ritum pingit & coniugẽ. Sexaginta uero ad uiduas eo q; ĩ angustia & tribulatõe sint positæ unde & supiori di gito deprimũt' q̃toq; maior ẽ difficultas ex pte quõdã uoluptatis illecebris abstinẽ tãto maiꝰ & p̃miũ. porro

numer9 cēteſim9 : q̄ſo diligēter lector attēde de ſini/
ſtra trāſferē ad dexterā: & iiſdē quidē digitis ſed nō ea
dē manu q̄bus in læua nuptæ ſignificanē: & uiduæ cir
culū faciens exprimit uirginitatis coronā. Oro te qui
hæc loquiē dānat nuptias? Aurū uirginitatē: argētum
diximus matrimoniū. Cēteſimū & ſexageſimū & trice
ſimum fructum de una terra expoſuimus: & de una
ſemente generari: licet multum differat in numero. Et
quis unq̄ tam iniquus lector erit ut non ex meis dictis
ſed ex ſuo me ſenſu iudicet? Et certe multo cłementio
res erga cōiugia fuimus omnibus pene latinis & græ/
cis tractatoribus: qui cēteſimū numerum ad martyres
referūt ſexageſimū ad uirgines triceſimum ad uiduas
atq; ita fit iuxta illorū ſententiā ut de bona terra: & de
patriſſamilias ſemine excludanē mariti. Verum ne in
principio incautus in reliquis forſitā improuidus fue/
rim nōne poſt partitionē opuſculi cum ad quæſtiones
uenirē ſtatim intuli? Vos quæſo utriuſq; ſexus uirgines
& continētes mariti quoq; & bigami ut conatus meos
orationibus ādiuuetis cūctorū in cōmunē louinianus
hic hoſtis eſt quorū ego orationibus indigeo: & quos
adiutores mei opis præcor: eos poſſuq; Manichæi erro
re dānare. Curram9 ad relíqua. Neq; em̄ æpiſtolæ bre
uitas patiē diutius in ſingulis īmorari. Interprætantes
1.Cor.7. illud apoſtoli teſtimoniū Vxor ꝓprii corporis ſui nō
habet poteſtatē ſ3 uir. Similiter & uir corporis ſui non
habet poteſtatē ſed uxor hoc ſubiūximus. Omnis hæc
quæſtio de his eſt qui in matrimonio ſunt an eis liceat
ubi ſupra uxores dimittere: quod & dn̄s in euāgelio ꝓhibuit. Vn
de & apl̄us: bonū eſt ait homini uxorē uel mulierē nō
tangere: quaſi intactu eius periculū ſit quaſi qui eā teti
gerit nō euadat. Vnde & loſeph quia illū tāgere uole/
Geñ.39. bat ægyptiaca: fugiens de manibus eius palliū abiecit
Sed quia qui ſemel duxit uxorē niſi ex conſenſu ſe non
ualet abſtinere: nec dare repudiū nō peccāti reddat cō
iugi debitū quia ſpōte ſe alligauit ut reddere cogeretur
Qui dn̄i dicit eſſe præceptū ne dimittāē uxores & abſq;
cōſenſu: qd̄ deus cōiūxit homo nō ſeparet: hic pōt dici
nuptias cōdēnare Rurſū in ſequētibus ſed unuſquiſq;
ait habet ꝓpriū donū ex deo. Alius quidē ſic: alius aūt
Z ſic quā ſn̄iam nos cxponētes hæc intulim9. Quid īquā
uelim pſpicuū eſt. Sed qm̄ in eccleſia diuerſa ſunt do/
na cōcedo & nuptias ne uidear dānare naturā. Simł q;
cōſidera: q; aliud donū uirginitatis ſit aliud nuptiarū
Si enī eadē eſſet merces nuptiarum & uirginū nequaq̄
dixiſſet poſt preceptū cōtinētiæ ſed unuſquiſq; ꝓprium
habet donū ex deo alius quidē ſic alius autem ſic. Vbi
ꝓprietas ſingulorū eſt ibi altrinſecus diuerſitas. Cōc e
do & nuptias eſſe donū dei: ſed inter donū & donum
magna diuerſitas eſt. Deniq; & apl̄s de quodam poſt
ceſtū pœnitēte: ecōtrario inqt donate ei & cōſolami
ni: & ſi cui qd donaſtis: & ego. Ac ne putarem9 donū
hoīs cōtēnēdū addidit. Nā & ego qd̄ donaui: ſi qd do
naui ꝓpter uos corā xp̄o diuerſa ſunt dona xp̄i. Vnde
loſeph in typo eius uariā habebat tunicā. Et ī pſalmo Geñ.37
xliiii. legimus. Aſtitit regina a dextris tuis ī ueſtitu de/
aurato circūdata uarietate. Et petrus apl̄s. Sicut cohe/ 1.Pet.3
redes ait multiplicis gratiæ dei qd̄ ſignificāti9 gratiæ
diciē πικοιλης id eſt uariæ. Rogo quæ eſt iſta cōtentio
claudere oculos: nec apertiſſimuz lumen aſpicere? In
eccleſia diximus eſſe dona diuerſa: & aliud donū uir/
ginitatis & aliud nuptiarū. Et poſt paululū. Concedo
& nuptias eſſe donū dei. Sed inter donū & donū ma/
gna diuerſitas eſt: & quod dei donū uoce apertiſſima
ꝓnunciamus dānare dicimur? porro ſi ioſeph in typo
dn̄i accipiē tunica eius uaria atq; diſtincta ī uirginibus
uiduis cōtinētibus ac maritis eſt: & pōt uideri q̄ſi alie/
nus qui de tunica xp̄i ē cum & ip̄am reginā. hoc eſt ec/
cleſiā ſaluatoris in ueſtitu deaurato: eadē uarietate cir
cūdatā dixerimus. Sed & in cōſequētibus de coniugio
diſputātes: eūdem ſenſum ſecuti ſumus: hic locus ad
p̄ſentē cōtrouerſiā nō pertinet. Docet em̄ iuxta ſn̄iam
dn̄i: uxorē excepta cauſa fornicatōis nō repudiādā: &
repudiatā uiuo marito alteri nō nubere aut certe uiro
ſuo debere recōciliari. Et in alio loco. Mulier inquit
alligata eſt quāto tpe uir eius uiuit. Quod ſi dormierit
uir eius: liberata eſt a lege uiri cui uult nubat tantū in a
dn̄o. i. xp̄iano. Qui ſecūdas nuptias: tertiaſq; cōcedit
in dn̄o primas cū ethnico ꝓhibet. Aperiant q̄ſo aures
obtrectatores mei & uideāt me ſecundas & tertias nu
ptias cōceſſiſſe in dn̄o q; ſecūdas & tertias nō donaui:
primū potui dānare matrimoniuz in eo quoq; loco:
ubi interp̄tamur capitulum apoſtoli. Circūciſus ali/
quis uocatus eſt non adducat præputium in præputio
uocatus eſt nō circūcidaē licet qdā prudētiſſimi iterp̄/
tes ſcripturaꝝ hoc de circūciſione: & ſeruitute dictum
eſſe cōtendāt. Nōne aptiſſime fœdera ſeruiamus nu/
ptiarum. Diximus em̄. Si in præputio quis uocatus eſt
non circuncidatur. Habebas inquit uxorem: cum cre/
didiſti. Noli fidē xp̄i cauſam putare deſſidii: qa in pa/
Luc.2. ſcriptũ eſt. Aſcẽdit aũt ioſeph in ciuitatẽ Dauid:ut ꝓfi teret cũ Maria uxore ſua prægnãte. Factũ eſt autẽ cu3 ibi eſſent impleti ſunt dies ut pareret:& peperit filiu3 ſuũ primogenitũ nitit approbare primogenitu3 non poſſe dici:niſi eũ q habeat & fratres. Sicut unigenitus ille uocetur qui parentibus ſolus ſit filius. Nos aute3 ita diffinimus: Omnis unigenitus eſt primogenitus: F nõ omnis primogenitus eſt unigenit9. Primogenitũ eſſe nõ tm̃ poſt quem & alii: ſed ãte que3 null9. Om̃e inqt dñs ab Aaron qd aperit uuluam adom̃i carne q̃ offert dño: ab hoie uſq; ad pec9 tibi erũt: Tãtũmodo preciis redimãt primogenita hoi3 & primogenita pe corum imundoꝝ. Definiuit ſermo dei quid ſit primo genitũ:Omne inqt qd aperit uuluam. Alioqui nõ eſt Num.18. primogenit9 niſi is tm̃ quẽ ſequunt fratres:tandiu ſa cerdotibus primogenita nõ debent:q̃diu & alia fue/rit ꝓcreata: ne forte partu poſtea nõ ſequẽte unigeni tus ſit & nõ primogenit9. Redẽptio inqt eius erit ab uno menſe:æſtimatio quinq; ſiclis ſcd'm ſiclum ſctm̃ xx. oboli ſunt. Tantũmõ primogenita uituloꝝ & pri/mogenita ouium & primogenita caprarum non redi mes: quia ſancta ſunt. Cogit me ſermo dei: ut omne maſculinũ qd aperit uuluam ſi de mũdis aialibus ſit deo uoueã:ſi de immũdis redimã dãs p̃ciũ ſacerdoti Poſſu3 rñdere & dicere. Quid me in unius mẽſis ſtrin gis articulo? qd primogenitũ uocas quẽ anteq̃ fratres ſequant ignoro? Expecta donec naſcat ſecũdus. Ni/hil debeo ſacerdoti:niſi & ille fuerit ꝓcreatus:p que3 is q ante natus eſt incipiat eſſe primogenitus. Nonne mihi ipa apices loquent:& me ſtulticiæ redarguẽt eũ eſſe dictũ primogenitũ:q aperiat uulua3:nõ q habeat & fratres? Deniq; interrogo de iohãne quẽ cõſtat eſſe unigenitũ:an & primogenitus fuerit? utrũ ne & ipſe ſcd'm legẽ p toto ei legi fuerit obnoxius? Ambigi non põt. Certe de ſaluatore ſcriptura ſic loquit. Cũ exple/ Luc.2. ti eſſent dies purgatiõis eoꝝ ſcd'm legem Moyſi duxe rũt eũ in hieruſalẽ:ut offerrẽt eũ dño:ſicut ſcriptũ eſt in lege dñi. Quia oẽ maſculinũ adaperiens uuluã ſan ctũ dño uocabit: & ut darẽt hoſtias ſcd'm q̃ dictũ eſt in lege dñi:par turturũ aut duos pullos colũbarũ. Si hæc lex tm̃ ad primogenitos pertinet:primogenitum Mat. aũt ſequentes faciũt:nõ debuit lege primogeniti tene ri:q de ſequentibus ignorabat. Sed qa tenet lege pri mogeniti etiá ille quẽ fratres cæteri nõ ſequunt: col/ligit eum primogenitum uocari:q uuluam aperiat:& ante quem nullus ſit:nõ eum quem frater poſt geni/Mar. tus ſubſequatur. Moyſes ſcribit in Exodo. Factum eſt Exo.12. autem circa mediã noctem: & dominus percuſſit om ne primogenitum in terra ægypti:a primogenito pha raonis qui ſedebat ſuper thronum eius: uſq; ad pri/Luc.

mogenitū captiuæ quæ est ad lacū & oē primogenitū pecoris. Rñde mihi hi q tūc ab exterminatore fuerint interempti primogeniti fuerūt. an & unigeniti. Si primogeniti tm̄ illi uocant' q fratres habēt ergo ab interemptione unigeniti liberati sūt. Si aūt & unigeniti cæsi sunt cōtra sniam factū est ut inter ī primogenitos & unigeniti morerent'. Aut unigenitos liberabis a pœna & ridiculus eris. aut si cōfiteberis interfectos ingratis obtinebimus & unigenitos primogenitos appella

G ri. Extrema apposītio fit (13 idipm primogenito uolue
Mat.3. rit ostēdere) fratres dñi in euāgeliis noiari. ut ibi. Ecce
mater eius & fratres eius stabāt foris querētes loq cu3
Iohā.2. eo. Et alibi. Post hæc descendit capharnau3 ipe & ma
Iohā.7. ter eius & fratres eius. Et ibi. Dixerūt ergo fratres ei9
ad eum. Trāsi hinc. & uade ī iudæā. ut & discipuli tui
uideāt opa tua quæ facis. Nemo em̄ aliqd in occulto
faciens quærit ipe in palā esse. Si hæc facis. manifesta
teipm huic mūdo. iohāne desup inferēte. Neq; em̄ fra
tres eius tūc credebant in eū. Itē Marcus & Matthæus
Mat.17. Et doceat eos in synagoga eo3 in patria sua. ita ut stu
Mar.6. perent & dicerēt. Vnde huic hæc oīs sapiētia & uirtutes. Nōne hic est fabri filius? nōne mater eius dicitur
Maria & fratres eius iacobus & ioseph & symon & iudas & sorores eius oēs apud nos sunt? Lucas quoq; in
Actu.1. actibus ap'lo3 ita refert. Hi oēs erant instantes unanimes in oratione cum mulieribus & Maria matre iesu
& fratribus ipsius. Necnō & Paul9 apostolus in eadē
Gal.2. historiæ ueritatē pari uoce cōcordat. Ascēdi aūt secundū reuelationē & neminē uidi nisi Petrum & iacobu3
1.Cor.9. & fratrem dñi. Et rursum in alio loco. Nunqd nō habemus potestatē māducādi & bibēdi. Nunqd nō habem9 potestatē uxores circūducēdi sicut & cæteri apostoli & fratres dñi & Cephas? Et ne forte aliqs iudæorū testimonium nō admitteret. q etiā noia fratrum illius ediderunt. simili eos asserens in fratribus errore
deceptos quo in patre æstimādo sunt lapsi argute p̄cauit: & ait hæc eadē uocabula ab euāgelistis in alio
loco noiari. & eosdē esse fratres dñi filios Mariæ. Mat
Mat.27. thæus loquit'. Erāt autem ibi & mulieres: haud dubiū quin ante crucem dñi etiam mulieres multæ a lōge expectātes quæ sæcute fuerūt iesum a galylea ministrā
tes illi. Inter quas erāt Maria magdelenæ & Maria iacobi & ioseph mater: & mater filio3 zebedei. Itē Mar
Mat.15. cus. Erāt autē & mulieres a lōge aspicientes: iter quas
Exo.12. erant Maria magdalenæ & maria iacobi minoris: & ioseph mater Salomæ. Ibiq; post modicum: & aliæ multæ: quæ ascēderāt cū eo ī hierusalē. Necnō & Lu
Luc.23. cas. Erant aūt Maria magdalene & iohānes & Maria iacobi & cæteræ cum eis. Hæc iccirco replicauimus: ne calūniet' & clamitet ea quæ p se faciāt a nobis esse sub tracta: & snīam suā nos testimoniis scripturarum sed lubrica disputatione conuulsa3. Ecce inqt iacobus & ioseph filii mariæ quos iudæi fratres appellauerūt. Ecce Maria iacobi minoris & iosephtis mater mīoris autem iacobi: ad distinctionem maioris qui erat filio9 zebedei sicut & in alio loco Marcus ponit. Maria autem magdelenæ & maria iacobi & iosephtis uiderunt ubi ponere't: & transacto sabbato emerūt aromata: & ue
nerūt ad monumentum: & utiq; ait. Quā miseru3 erit H
& impium de maria hoc sentire. & cum aliæ fœminæ
curā sepulturæ iesu habuerint: matrem eius dicamus
absentem: aut alterā esse mariā nescio quam confin
gamus p̄sertim cum euangelium iohannis testet' præ
sentem eā illic fuisse quādo illam de cruce dñs iam ui
duā ut matrem iohāni cōmendabat. Aut nūquid euā Iohā.19
gelistæ fallunt' & fallunt: ut eo3 mariā matrem dicerēt quos iudæi fratres esse dixerūt? O furor cæcus & in
pprium exitū mens uesana. Dicis ad crucem dñi matrem eius fuisse p̄sentem dicis iohāni discipulo obuiduitatem & solitudinē commendatam quasi iuxta te non haberet quattuor filios & innumeras filias quarum cōsortio frueret'. Viduam quoq; nominas quod scriptura non loquit'. Et cum omnia euangelistarum exempla ponas: solius tibi iohannis uerba non cōplacent. Dicis transitorie ad crucem dñi eam fuisse p̄sentem: ne consulto p̄teriisse uidearis: & tñ quæ cum illa mulieres fuerāt sīles. Ignoscerē neseiēti nisi uiderē cōsulto reticētē. Audi itaq; iohānes qd dicat. Stabāt aūt iuxta crucē dñi mater ei9 & soror matris eius Maria Cleophæ & Maria magdalenæ. Nulli dubium est duos fuisse apostolos iacobi uocabulo nuncupatos: iacobum zebedei: & iacobū Alphei. istum nescio quē minorem iacobum: quem Marie filium: nec tamē matris dñi scriptura commemorat apostolum uis esse an non? Si apostolus est. Alphei filius erit: & credidit in iesum. & non erit de illis fratribus de quibus scriptu3 est. Neq; em̄ tūc fratres eius credebant in iesum. Si nō est apostolus. sed tertius nescio quis iacobus. quomodo est frater domini putandus. & quomodo terti9 ac distinctione maioris appellabitur minor. cum maior & minor non inter tres. sed inter duos soleant prebere distantiam & frater domini apostolus sit Paulo dicente. Deinde post triennium ueni hierusalem uide/ Gal.2.
re petrum & mansi apud illum diebus quindecim.
alium apostolorum uidi neminem nisi iacobum fratrem domini. Et in eadē æp'la. Et cognita gratia quæ

data est mihi. Petrus & Iacobus & Iohannes: qui uidebant colũnæ esse. Ne autẽ hunc putes iacobum filiũ Zebedei: lege actus apostolorũ: iam ab Herode fuerat interemptus. Restat cõclusio: ut Maria ista quæ iacobi minoris scribit mater. fuerit uxor Alphei: & soror Mariæ matris dñi: quã mariã Cleophæ Iohannes euãgelista cognominat a patre siue a gentilitate familiæ: aut quacũq; alia causa ei nomẽ imponẽs. Si autẽ inde tibi alia atq; alia uidet q; alibi dicatur. Maria Iacobi minoris mater: & hic Maria cleophæ: disce scripturæ cõsuetudinẽ eunde hominem diuersis nominibus nũcupari. Raguel socer Moysi & Iethro dicit Gedeõ nõ nullis causis imitãdi nominis ante p̃missis subito Heroboal legit. Ozias rex Iuda uicissim Azarias uocatur Mõs thabor thabirium dicit. Rursum Hermon Phœnices cognominat sanior & Amorreus cognominat eũ sanir. Eadẽ cœli plaga trib9 noib9 appellat nageb themã: dariõ. Lege ezechiel Petrus & Symõ dicit & Cephas: Iudas Iacobi zelotes: i alio euãgelio Thade9 dicit: Multaq; alia q̃ ad exemplũ horũ ipse sibi de oĩbus scripturis lector poterit cõgregare. Nunc illud est quod conamur ostẽdere ut fratres dñi appellent filii materteræ eius Mariæ: q̃ antea nõ credẽtes postea crediderũt licet fieri potuerit: ut uno statim credente alii diu increduli fuerint & hãc fuisse matrẽ Iacobi & Iosephtis: id est Mariã Cleophæ uxorẽ alphei: hanc dictã Mariã Iacobi minoris. Quæ si esset mater dñi magis eã ut in oĩbus locis matrẽ illius appellasset: & nõ alioq; dicendo matrẽ alterius uoluisset intelligi. Verũ in hac parte cõtentiosum funẽ nõ traho. Alia fuerit Maria Cleophæ alia Maria Iacobi & Iosephtis dũmodo constet nõ eandẽ Mariam Iacobi & Iosephtis esse q̃ matrẽ dñi. Et unde ais fratres dñi dicti sunt qui nõ erant fratres? Iam nunc doceberis quattuor modis in scripturis diuinis fratres dici natura: gente: affectu: cognatione. Natura Esau Iacob. duodecim patriarchæ: Andreæs & Petrus: Iacobus & Iohãnes. Gẽte qua omnes
Deut.15. iudæi inter se fratres uocantur: ut in Deuteronomio. Si aũt emeris fratrẽ tuum qui est hebræus uel quæ est hebræa seruiet tibi sex annis: & septimo anno dimittes eũ liberũ abs te & in eodẽ cõstituendo cõstitues super te principẽ quẽ elegerit dñs deus tuus: eum qui ex fratribus tuis sit. Nõ eñ poteris cõstituere super te hoĩnem alienigenã quia nõ est frater tuus. Et rursum Neuiso uitulo fratris tui uel oue eius errãtibus per uiã negligas ea. Reuersione reduces ea fratri tuo: & reddes ea fratri tuo. Quod si nõ appropinquat tibi frater tu9 neq; noueris eũ colliges ea itra domũ tuã: & erũt ea tecũ donec q̃rat ea frater tu9 & reddes ei. Et apls Paulus Optabã inq̃t egoip̃e anathema esse a xp̃o p fratribus meis cognatis scd'm carnem qui sunt israelitæ. Porro cognatõe fratres uocant q̃ sunt de una familia: id est patria: quas latini paternitates interprætant: cum ex una radice multa generis turba diffundit: ut in Genesi. Dixit autẽ Abraã ad Loth. Nõ sit rixa inter me & te & inter pastores meos & pastores tuos: qa fratres nos sumus: ibiq; elegit sibi Loth regionẽ iordanis & eleuauit Loth ab oriente & discesserũt unusq̃sq; a fratre suo Et certe Loth nõ est frater Abraæ: sed filius fratris ei9 Aram Thara quippe genuit Abraã & Nachor & Arã & Aram genuit Loth. Et rursum Abraã autẽ erat annoꝝ. lxxv. cum exiret de Aran. Et sumpsit Abraã Sarã uxorem suã: & Loth filium fratris sui. Quod si adhuc dubitas fratrẽ fratris filiũ nũcupari: accipe exẽplũ. Cũ autem audisset abraã qa captiuus ductus est Loth frater suus: numerauit uernaculos suos trecẽtos decem & octo. Et cum cædẽ nocturni impetus descripsisq; adiecit & reduxit omnẽ equitatum sodomorum & Loth fratrem suũ reuocauit. Sufficiebãt hæc ad ea quæ dixi/mus approbãda. Sed ne in aliqua cauilleris: & te qua si lubricus anguis euoluas testimonioꝝ strigendus es uiculisne q̃rul9 sibiles: & dicas te magis argumẽtatõi b9 tortuosis q̃ scripturaꝝ ueritate suparũ. Iacob isaac filius ac Rebeccæ cũ fratris insidias metuẽs mesopotamiam perrexisset: accessit & deuoluit lapidem ab ore putei & adaquauit oues Labã fratris matris suæ Et osculatus est iacob Rachel: & exclamãs uoce sua ploravit: & indicauit Rachel quia frater est patris ei9: & qa filius Rebeccæ est ecce & hic eadẽ lege qua frater sororis filius appellat. Et iterũ. Dixit autem Laban ad Iacob. Quoniã frater meus es: non seruies mihi gratis: Dic mihi quæ sit merces tua. Expletis itaq; uiginti annis cũ ignorante socero uxoribus filiisq; comitatus reuerteretur ad patriã consecutus est eum Labã in mõte galaad. Et cũ idola quæ Rachel occultabat quæsita non inuenisset in sarcinis: respondit Iacob & dixit ad Labã. Quæ culpa mea est & quod delictum meu3 q̃ persecutus es me? & quare scrutatus es omnia uasa mea? Quid iueniſti de omnibus rebus tuis? Pone hic in conspectu fratrum tuorum & fratrum meorum: & redarguent inter nos duos. Respondet qui sint isti fratres Iabob & Laban qui tunc fuerãt in præsenti. Esau certe frater Iacob absens erat & Laban filius Bathuel fratres excepta sorore Rebecca non habuit. Innumerabilia sunt istiusmodi libris inserta diuinis. Sed ne longum faciam: ad extremam diuisionis partem

Ro.9.

Geñ.13.

Geñ.12.

Geñ.31.

reuertar:id est & affectu fratres dicit qui in duo scin/
dit in spiritale & in cõmune. In spiritale:qa oẽs xpia
ps.132. ni fratres uocant:ut ibi. Ecce q̃ bonũ & q̃ iocũdũ ha/
bitare fratres in unũ. Et in alio psalmo saluator. Nar
ps.21. rabo inqt nomẽ tuum fratribus meis. Et alibi. Vade
Ioh.20. dic fratribus meis. Porro in cõmune: qa oẽs hoies in
cõmune ex uno patre nati pari germanitatis cõiungi/
mur. Discite ait his q oderũt uos fratres nostri estis.
1.Cor.5. Et aplus ad Corinthios. Si qs frater nominat forni/
cator aut auarus aut idolis seruiẽs aut maledicus aut
æbriosus aut rapax cum eiusmodi nec cibum sumere:
L & cætera his similia. Interrogo nũc iuxta quẽ modu3
fratres dñi in euãgelio intelligas appellari. iuxta na/
turã. Sed scriptura nõ dicit:nec Mariæ eos uocans fi/
lios & ioseph. Iuxta gentem. Sed absurdu3 est:ut pau
ci ex iudæis uocati sint fratres:cum oẽs q ibi erãt hac
lege iudæi fratres potuerũt appellari. iuxta affectum
humani iuris ac spũs. Vex si sic q magis fratres q̃ apo
stoli quos docebat intrinsecus:quos matres uocabat
& fratres. Aut si oẽs qa hoies fratres stultum fuit nun
Mat.3. ciari quasi ppriũ. Ecce fratres tui quærẽtes te: cũ gene
raliter oẽs homies hoc iure sint fratres. Restat igit ut
iuxta superiorẽ expositionẽ fratres eos intelligas ap/
pellatos cognatiõe:nõ affectu nõ gẽtis priuilegio nõ
natura. Quõ Loth Abraæ:quõ iacob Labã est appel
lat9 frater quõ & filiæ Saphaad accipiũt clex iter fra
tres suos:quõ & abraã ipe Sarã sororẽ suã habuit uxo
Gen.9. rẽ. Etem ait. Vere soror mea ẽ de patre:s3 nõ de ma/
tre. i. fratris ẽ filia nõ sororis. Alioqn q̃le est ut abraã
uir iustus patris sui filiam cõiugẽ sumpserit:cũ in pri/
mis hoibus ppter aurium sanctitatem idip̃m scriptura
nõ nominet mallẽs intelligi q̃ p ferri:& de9 lege post
Leuit.18 ea sanciat & minet. Qui acceperit sororẽ suã de patre
suo uel de matre sua & uiderit turpitudinẽ ei9 & in ipa
uiderit turpitudinẽ illius opprobriũ est:exterminabũ
tur corã filiis generis sui:turpitudinẽ sororis suæ dete
xit pctm suũ accipiẽt. Imperitissime hoim ista nõ lege/
ras:& toto scripturarũ pelago derelicto ad iniuriam
uirginis tuã rabiẽ cõtulisti in exemplũ eius quẽ fabu/
læ ferũt cũ uulgo esset ignotus & nihil boni posset fa
cinoris excogitare quo nobilis fieret. Dianæ incẽdis/
se tẽplũ & nullo pdẽte sacrilegiũ fert ipe i mediũ pces
sisse clamitãs sese incẽdiũ subiecisse. Scisciãtib9 ephe
si pricipibus quã ob cã3 hoc facere uoluiss3 rndisse:ut
qa bene nõ poterã oĩbus male innotescerẽ. Et hoc q/
dẽ græca narrat historia. Tu uero tẽplũ dñici corpo/
ris succendisti:tu cõtaminasti sanctuarium spũssancti
ex quo uis quadrigam fratrum & soror̃ pcessisse con/
geriẽ. Deniq; cũ iudæis uoce sociata dicis. Nonne hic
est fabri filius. Nõne mater eius dicitur Mariæ & fra/ Mat.2.
tres eius Iacobus & iohãnes & Symon & iudas & so/
rores eius oẽs apud nos sunt? Omnes nisi de turba nõ
dicit:quis te oro ante hãc blasphemiã nouerat: quis
dispõdio supputabat? Cõsecutus es qd uolebas:nobi
lis es factus in scelere. Egoipe qui cõtra te scribo:cu3
in eadem urbe tecum cõsistã quare balbutis & erube/
scis? albus ut aiũt aterve sis nescio. Prætermitto uitia
sermonis:quibus omnis liber tuus scatet. Taceo ridi/
culum exordiũ. O tempora o mores. Non quæro ælo
quentiam quã ipe nõ habẽs in fratre Craterio requisi
sti. Nõ inquã flagito linguæ nitorẽ animæ quæro pie/
tatẽ. Apud xpianos aũt soloeciismus est magnus & ui
tiũ:turpe qd uel narrare uel facere. Ad calcẽ uenio:& M
te cornuta interrogatione concludo. Sicq; tecũ aga3
quasi superius nihil egerim:eodemq; modo dictos eẽ
fratres dñi:quo ioseph dictus est pater. Ego inquit & Luc.2.
pater tuus dolentes querebamus te. Mater hæc loqui
tur non iudæi. Et ipe euangelista referens. Et erant pa
ter & mater illius admirantes super his quæ dicebam
tur de eo:& his similia quæ iam enumerauimus:in q/
bus parentes uocabantur. Ac ne forte de exemplario
rum ueritate causeris: quia tibi stultissime persuasisti
græcos codices esse fallatos. Ad iohannis euangeliũ
uenio i quo plenissime scribit. Inuenit Philippus na/
thanael:& ait illi. Quem scripsit Moyses in lege:& p
phetæ. inuenimus iesum filiu3 ioseph a nazareth. Cer
te hoc in tuo codice continetur. Responde mihi quo
modo iesus sit filius ioseph: quem constat de spiritu/
sancto esse procreatu3. Vere ioseph pater fuit. q̃uis sic
ebes dicere non audebis. Amputabatur. Eodem mo/
do æstimentur & fratres: quo æstimatus est & pater.
Sed quoniam iam e cautibus & confragosis locis ena
uigauit oratio, pandenda sunt uela: & in epilogos il
lius irruendum, in quibus sciolus sibi uisus Tertul/
lianum in testimonium uocat: & Victorini pictauio/
nensis episcopi uerba proponit. Et de Tertulliano q
dem nihil amplius dico q̃ ecclesiæ hominem nõ fuis/
se. De Victorino uero id assero: quod & de euangeli/
stis fratres eum dixisse domini non filios Mariæ. Fra/
tres autem eo sensu quem superius exposuimus pro/
pinquitate. non natura. Veru3 nugas terimus:& fon
te ueritatis omisso:opinionum riuulos consectamur.
Nunquid non possum tibi totam uetex scriptox græ/
ciæ cõmouere. Egnatiũ polycarpũ. Hirenæu3. Iustinũ
martyres:multosq; alios aplicos & eloquẽtes uiros q
aduersus Hebionem & Theodotum byzantiũ. Valẽti

num hæc eadem ſentiẽtes plena ſapientiæ uolumina cõſcripſerunt: quæ ſi legiſſes aliquando plus ſaperes Sed melius puto breuiter ad ſingula reſpõdere: q̃ diu tius immorando uolumen extẽdere. In illud nũc im/petum facio: in quo tu uirginitatem & nuptias com/parando: diſertus eſſe uoluiſti. Riſimus in tẽ ꝓuerbiũ camelum uidimus ſaltitantem. Dicis. Nunquid me/liores ſunt uirgines Abraam iſaac & iacob: qui habue re coniugia. Nunquid nõ quotidie dei manibus puu/li fingunt in uẽtrib9: ut merito erubeſcere debeam9 Mariam nupſiſſe poſt partu3? Quod ſi hoc illis turpe uidet: ſupereſt ut non credant etiam deum per geni/talia uirginis natum. Turpius eſt em̃ iuxta eos deum per uirginis pudenda genitum: q̃ uirginẽ ſuo uiro nu pſiſſe poſt partum. Iunge ſi libet & alias naturæ cõtu melias nouem menſibus uterum inſoleſcẽte3 faſtidia partum ſanguinem pãnos. Ipe tibi deſcribat infans tegmine membranarum ſolito cõuolutus. Ingerãtur dura ꝑſepia uagitus paruuli: octauæ diei circunciſio: tempus purgationis: ut ꝓbetur immundus. Non eru/beſcimus non ſilemus. Quanto ſunt humiliora quæ ꝓ me paſſus eſt: tanto plus illi debeo. Et cum omnia replicaueris: cruce nihil cõtumelioſius ꝓferes: quã ꝓ/fitemur & credimus: & in qua de hoſtibus triumpha/mus. Sed ut hæc quæ ſcripta ſunt nõ negamus: ita ea quæ nõ ſunt ſcripta renuimus. Natum deũ eſſe de uir
N gine credimus: quia legimus Mariã nupſiſſe poſt par tum nõ credimus: quia nõ legimus. Nec hoc ideo dici mus: quo nuptias cõdemnemus (ipa quidem uirgini/tas fructus eſt nuptiarum) ſed quod nobis de ſanctis uiris temere æſtimare nihil liceat. Poſſumus em̃ hac æſtimationis poſſibilitate cõtẽdere plures quoq; uxo/res habuiſſe ioſeph: quia plures habuerit Abraam plu res habuerit iacob: & de his eſſe uxoribus fratres dñi: quod plæriq; nõ tam pia q̃ audaci temeritate confin/gunt. Tu dicis Mariam uirgine3 nõ permanſiſſe: ego mihi plus uendico etiam ipm̃ ioſeph uirginem fuiſſe per Mariam: ut ex uirginali cõiugio uirgo filius naſce ret. Si em̃ in uirum ſanctũ fornicatio nõ cadit: & aliã eum uxorem habuiſſe nõ ſcribitur. Mariæ autem qua3 putatus eſt habuiſſe cuſtos potius fuit: q̃ maritus. Re linquit uirginem eum manſiſſe cum Maria: qui pater dñi meruit appellari: & quia dei comparatione uirgi/nitatis & nuptiarum ſum aliqua dicturus: obſecro le/cturos: ne me putent nuptiis detraxiſſe in uirginũ lau de: & aliquam feciſſe diſtantiam inter ſanctos ueteris teſtamenti & noui. id eſt inter eos qui habuere coniu gia: & hos qui a complexu mulie3 penitus receſſerũt. Verum ꝓ cõditione temporum aliæ eos tũc ſubiacuiſ/ſe ſentẽtiæ: & aliæ nos: in quos fines ſæculoru3 decur rerũt. Quãdiu lex illa permanſit Creſcite & multipli/ Geñ.1.
camini & replete terram. Et maledicta ſterilis quæ nõ parit ſemen in iſrael nubebant omnes: & nubebant: & derelictis parentibus fiebant una caro. Quando ue ro uox illa pertonuit. Tempus breuiatum eſt. reliquũ 1. Cor.7.
eſt: ut qui habent uxores ſic ſint quaſi nõ habentes ad hærentes dño unus cum eo efficimur ſpũs. Et quare? quia qui ſine uxore eſt cogitat ea quæ dei ſunt quomo do placeat deo. Qui aute3 cum uxore eſt ſollicitus eſt quæ ſunt huius mundi. quomodo placeat uxori. Et di uiſa eſt mulier. & uirgo quæ eſt nupta cogitat quæ ſũt dei. ut ſit ſancta corpore & ſpũ. Na3 quæ nupta eſt. co gitat quæ ſunt mundi: quõ placeat uiro. Quid obla/tras? quid repugnas? Vas electionis hæc loquit. Diui/ſa eſt dicens mulier & uirgo. Vide quantæ fœlicitatis ſit quæ & nomẽ ſexus amiſerit uirgo iã mulier nõ uo/cat. Quæ nõ eſt nupta cogitat quæ ſunt dñi. ut ſit ſan cta corpore & ſpũ. Virginis diffinitio ſanctam eſſe cor pore & ſpũ quia nihil proſit carnem habere uirgine3 ſi mẽte quis nupſerit. Que uero nupta eſt cogitat quæ O
ſunt mundi quõ placeat uiro. Idem tu putas eſſe die/bus & noctibus uacari oratiõi uacare ieiuniis & ad ad uentum mariti expolire faciem greſſum frãgere ſimu/lare blãditias. Illa hoc agit ut turpior appareat & na/turæ bonum infuſcet iniuria. Hæc ad ſpeculum pingi tur & in contumeliam artificis conatur pulchrior eſſe q̃ nata eſt. Inde infantes garriunt familia perſtrepit li beri ab oſculis & ab ore dependent computant ſum/ptus impendia ꝓparant hinc cocorum accincta ma/nus carnes terit hinc textricum turba commurmurat nunciat interim uir ueniſſe cum ſociis. Illa ad hirun/dinis modum luſtrat uniuerſa penetralia ſi thorus ri/geat ſi pauimenta uerterint ſi ordinata ſint pocula. ſi prandium ꝓparatum. Reſponde quæſo inter iſta ubi ſit dei cogitatio. & hæ fœlices domus. Cæterum ubi tympana ſonant tibia clamitat lyra garrit cymbalum concrepat quis ibi dei timor? Paraſitus in cõtumeliis gloriat ingrediunt expoſitæ libidinum uictimæ & te nuitate ueſtiũ nudæ ipudicis oculis ĩgerunt. His ifœ/lix uxor aut letat aut perit aut ſi triſtat offendit mari tus & hinc iurgia cõcitant hĩc diſcordia ſeminariũ re pudii. Aut ſi aliqua inuenit dom9. in qua iſta nõ fiãt (quæ tñ rara eſt) ipa diſpẽſatio domus liberoꝝ educa tio neceſſitates mariti correctio ſeruuloꝝ quã a dei co gitatiõe nõ auocẽt? Defecerũt (inquit ſcriptura) Saræ Geñ.18.
muliebria poſt qd dicit ad Abraã. Omnia quæcunq; Geñ.21.

dicit tibi Sara audi uocem eius: quæ non est in partus anxietatibus & dolore: q̃ deficientibus menstrui cruoris officiis mulier esse desistit: a dei maledictione sit libera: nec est ad uirum conuersio eius: sed econtrario uir subiicit ei: & dñi uoce p̃cipit. Omnia quæcunq; tibi dicit Sara audi uocem eius: & sic incipiunt uacare orationi: quia q̃diu in coniugio debitum soluit: orandi p̃terit instantia. Non negamus uiduas: non negamus maritas: sanctas mulieres inueniri: sed quæ uxores esse desierint quæ in ipsa necessitate coniugii immantur uirginum castitatem. Hoc est quod apostolus breuiter xp̃o in se loquente testatus est: nupta cogitat quæ sunt mũdi: quõ placeat uiro: nobis super hoc cãpum intelligentiæ derelinquens. Neq; tamen alicui necessitatem imponit aut laqueum: sed id quod honestũ est suadet: uolens omnes esse sicut seip̃m: & q̃q̃ de uirginitate dñi p̃ceptu3 non habeat: quia ultra homines est: & quodammodo impudẽtis erat aduersu3 naturã cogere: alioq; modo dicere. Volo uos esse qd' angeli sunt. Vnde & uirgo maioris est meriti: dum id cõtemnit: quod si fecerit non delinquit: nihilomin9 in cohærentibus infert consilium autẽ do tanq̃ miser icordiam cõsecutus a dño: ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse p̃pter instantẽ necessitatẽ quia bonum est homini sic esse. Quæ est ista necessitas? Vhe p̃gnantibus & nutriẽtibus in illa die. Ideo silua succrescit. ut postea recidat'. Ideo ager seri' ut metat'. Iã plenus est orbis nos nõ capit quotidie bella secant morbi subtrahũt naufragia absorbent. & nihilominus de terminis litigam9. De hoc numero sunt illi qui agnũ sequunt' qui uestimenta sua non coinquinauerũt uirgines em̃ pmanserũt. Obserua quid significet coinquauerũt. Ego nõ audeo exponere. ne Heluidius calũniet'. Quod autem ais quasdam esse uirgines tabernarias ego tibi plus dico esse in his & adulteras. & quod magis mireris clericos eẽ caupones & monachos impudicos. Sed quis non statim intelligat nec tabernariã uirginem nec adulterũ monachũ nec clericũ posse esse cauponẽ. Nunquid uirginitas est culpa? Sed simulator uirginitatis in crimine est. Ego certe ut aliis personis p̃termissis ad uirginẽ uenia3 quæ institorias exercet artes. nescio an corpore quod scio spũ uirgo non pmanet. Rhetoricati sumus & in morẽ declamatorũ paululũ lusimus. Tu nos Heluidi coegisti. qui iã euangelio coruscãte eiusdem uis esse gloriæ uirgines & maritas. Et quia arbitror te ueritate superatũ ad detractionẽ uitæ meæ & ad maledicta conuerti (solent em̃ hoc & mulierculæ facere quæ uictoribus dñis male optant in angulis) illud dico p̃ueniens gloriæ mihi fore tua conuitia cũ eodẽ quo Mariæ detraxisti ore me laceres. & caninam facundiam seruus dñi pariter experiatur & mater.

¶ Argumentum sequentis libelli excerptum ex Gennadio de uiris illustribus.



Vigilantius p̃sbyter natione Gallus hispaniæ barcilonẽsis eccl'ia3 parrochiæ tenuit Scripsit & ip̃e qdem zelo religiõis aliqua sed uictus studio humanæ laudis & p̃sumens supra uires suas hõ lingua politus nõ sensu scripturæ exercitat9 exposuit prauo ingenio scd'a3 Danielis uisionẽ sc̃tõr quoq; reliqas minime uenerãdas uigilias non custodiendas & alia locutus est friuola. q̃ in catalogo hæreticorum necessario exponentur.

¶ Beati Hieronymi presbyteri in Vigilantium hæreticum. Epi. X



Vlta in orbe monstra generata sunt Centauros & sirenas ululas & onocratulos in Esaia legim9. iob Leuiathã & Behemoth mystico sermone describit. Cerberũ & stymphalidas aprũq; erimantium & leonẽ nemæum chimera3 atq; hydram multorum capitum narrant fabulæ poetarũ Cacum describit Virgilius triformẽ geryonem hispaniæ p̃diderunt. Sola Gallia mõstra nõ habuit sed uiris semp fortibus & æloquẽtissimis abũdauit. Exort9 est subito Vigilãtius seu uerius dormitãti9. qui immũdo spũ pugnet cõtra xp̃i spm̃ & martyru3 neget sepulchra ueneranda dãnandas dicat esse uigilias nũq̃ nisi in pasca alleluya cantandũ continentiam hæresim pudicitiã libidinis seminariũ. Et quõ euphorbus ĩ pythagora renat9 esse phibet' sic & in isto iouiniani mẽs praua surrexit. ut & in illo & in hoc diaboli respõdere cogamur insidiis. Cui iure dicet'. Semen pessimum para filios tuos occisioni peccati patris tui. Ille romanæ eccleſiæ auctoritate dãnatus inter phasides aues & carnes suillas nõ tã emisit spm̃ q̃ eructauit. Iste caupo callaguritanus & in puer sum p̃pter nomen uituli mutus. Quintilianus miscet aquam uino & de artificio pristino suæ uenena pfidiæ catholicæ fidæi socia re conat' impugnare uirginitatem odisse pudicitiam. in conuiuio sæcularium cõtra sanctoru3 ieiunia p̃clamare. dum inter phialas philosophat' & ad placẽtas liguriens psalmor modulatione mulcet'. ut tm̃ inter æpulas Dauid & Idithim & Asaph & filior Choræ cãtica audire dignet'. Hæc dolentis magis effudi aio q̃ ridentis. dũ me ohibere nõ possum. & iuriã apostolo

rũ ac martyrum ſurda nequeo aure tranſire. Prohne phas eꝑos ſui ſceleris diciť habere conſortes: ſi tñ eꝑi nominandi ſunt: qui nõ ordinãt diaconos: niſi pri9 uxores duxerint: nulli cœlibi credẽtes pudicitiã. ímo oſtẽdẽtes q̃ ſancte uiuãt: q̃ male de oíbus ſuſpicantur & niſi p̃gnãtes uxores uiderint clericoꝝ infanteſq; de ulnis matrũ uagiẽtes. xp̃i ſacramẽta nõ tribuũt. Quid faciẽt oriẽtis eccleſiæ? qd ægypti & ſedis ap̃licæ: q̃ aut uirgines clericos accipiũt: aut cõtinẽtes aut ſi uxores habuerint mariti eſſe deſiſtũt? Hoc docuit dormitãti9 libidini frena pmittẽs: & naturalẽ carnis ardorẽ q̃ in adoleſcẽtia plærũq; ferueſcit ſuis hortatib9 duplicãs: ímo extinguẽs coitu fœminaꝝ: ut nihil ſit: quo diſte/ mus a porcis: quo differamus a brutis aíantibus: quo Hiere. 5. ab eqs: de qbus ſcriptũ eſt. Equi inſanientes in fœmi nas facti ſunt mihi: unuſq̃ſq; in uxorem p̃ximi ſui hin p̃s. 31. niebat. Hoc eſt qd̃ loquiť p Dauid ſpũſſanctus. Noli te fieri ſicut equus & mulus? qbus non eſt intellectus. Et rurſu3 de dormitãtio & ſociis eius. In chamo & fre no maxillas eoꝝ cõſtringe: q̃ nõ approximãt ad te. S3 iã tempus eſt: ut íp̃ius uerba ponẽtes ad ſingula reſpõ dere nitamur. Fieri eñ põt: ut rurſum malignus inter præs dicat fictã a me materiã: cui rhetorica declama/ tione reſpõdeã: ſicut illã quã ſcripſi ad Galliã: matri & filiæ inter ſe diſcordãtibus. Auctores ſunt huius di ctatiũculæ meæ ſancti p̃ſbyteri riparius & deſiderius: q̃ parrochias ſuas uicinia iſtius ſcribũt eſſe maculatas miſerũtq; libros p̃ fratrẽ ſyſinniũ: quos inter crapulã ſtertẽs euomuit: & aſſerũt repertos eſſe nõnullos q̃ fa uentes uitiis ſuis: illius blaſphemiis acqeſcãt. Eſt qui/ R dem imperitus: & uerbis & ſciẽtia et ſermone incõdi/ tus: nec uera qdem põt defendere. Sed p̃pter hoíes ſæ culi & mulierculas oneratas peccatis: ſemp diſcentes & nunq̃ ad ſcientiam pueniẽtes: una lucubratiũcula illius neniis reſpondebo ne ſanctorum uíroꝝ qui ut hæc facere3 me deꝑcati ſunt: uidear litteras reſpuiſſe. Nimirũ reſpõdet generi ſuo: ut q̃ de latronũ & conue narũ natus eſt ſemine: quos conſul Põpeius edomita hiſpania: & ad triũphu3 redire feſtinãs: de pirenæi iu gis diſpoſuit: & in unũ oppidũ cõgregauit: unde & cõ uenaꝝ urbs nomẽ accepit. Hucuſq; latrocinet contra eccleſiam dei: & de Teutonibus aruis celtiberiſq; de/ ſcendẽs incurſet Galliaꝝ eccleſias: portetq; nequaq̃ uexillũ xp̃i: ſed inſigne diaboli. Fecit hoc idẽ Põpeius etiã in oriẽtis p̃tibus: ut cilicibus & iſauris pyratis la/ tronibuſq; ſupatis: ſui noís inter Ciciliã & iſauriã con deret ciuitatẽ. Sed hæc urbs hodie ſeruat ſcita maioꝝ & nullus in ea ortus eſt dormitãtius. Galliæ uernacu lũ hoſtẽ ſuſtinẽt: & hoíem moti capitis: atq; Hipocra/ tis uinculis alligãdũ ſedẽtem cernũt in eccleſia: & in/ ter cætera uerba blaſphemiæ: iſta quoq; dicẽte3. Quid neceſſe eſt te tãto honore nõ ſolu3 honorare: ſed etiã adorare illud neſcio qd: qd̃ in modico uaſculo tranſ ferendo colis? Et rurſum in eodẽ libro. Quid pulue/ rem lintheamine circũdatũ adorãdo oſcularis? Et in cõſequẽtibus p̃pe ritũ gentiliũ uidemus ſub p̃textu re/ ligionis introductũ in eccleſiis ſole adhuc fulgente: moles cæreoꝝ accendi & ubicũq; puluiſculum neſcio qd in modico uaſculo p̃cioſo lintheamine circũdatũ oſculãtes adorãt. Magnũ honorem p̃bẽt huiuſmodi hoíes beatiſſimis martyribus: quos putãt de uiliſſimis cæreolis illuſtrãdos: quos agnus q̃ eſt in medio thro/ ni cũ oí fulgore maieſtatis ſuæ illuſtrat. Quis eñ o in S ſanũ caput aliqñ martyres adorauit? qs homíem puta Actu. uit deum. nõne paulus & Barnabas cũ a lycaonibus iupiter & Mercurius putarenť: & eis uellẽt hoſtias im molare ſciderũt ueſtimẽta ſua & ſe hoíes eſſe dixerunt nõ q̃ meliores nõ eſſent olim mortuis hoíbus ioue at q̃ Mercurio: ſ3 q̃ ſub gẽtilitatis errore honor eis deo Actu. debitus deferreť. Quod & de petro legim9: q̃ Corne/ lium ſe adorare cupientem manu ſubleuauit & dixit. Sarge. Nã & ego hõ ſum Et audes dicere illud neſcio quid quod in modico uaſculo trãſferẽdo colis. Quid eſt illud neſcio quid ſcire deſidero. Expone manife/ ſtius: ut tota libertare blaſphemes puluiſculũ neſcio in modico uaſculo p̃cioſo lintheamine circũdatum. Dolet martyrũ reliqas p̃cioſo operiri uelamine et nõ uel panis uel cilicio colligari uel p̃iici in ſterq̃linium ut ſolus uigilantius ebrius & dormiẽs: adoreť. Ergo ſacrilegi ſumus qñ apl̃oꝝ baſilicas ingredimur. Sacri legus fuit cõſtãtin9 íperator qui ſanctas reliquias an dreæ Lucæ & Thimothei tranſtulit cõſtantinopoli3 apud quas dæmones rugiũt. & habitatores Vigilan/ tii illorum ſeſentire præſentiam confitentur. Sacrile gus dicendus eſt et nunc Auguſtus Arcadius. qui oſ/ ſa beati Samuelis longo poſt tempore de iudæa tran ſtulit thraciam? Omnes epiſcopi non ſolum ſacrilegi ſed & fatui iudicãdi qui rem uiliſſimam & cineres diſ ſolutos in ſerico & uaſe aureo portauerunt. Stulti om nium eccleſiarum populi. qui occurrerunt ſanctis re/ liquiis. & tanta læticia ſunt iocundati. quaſi præſen/ tem uiuentemq; p̃phetam cernerent atq; ſuſciperent. ut de paleſtina uſq; ad chalcedonẽ iungerenť popu/ lorum examina. & in Chriſti laude una uoce reſona/ rent? Videlicet adorabant Samuelem & non Chri/ ſtum. cuius Samuel et leuita et prophetes fuit. Mor/

tuũ ſuſpicaris:& iccirco blaſphemas. Lege euãgeliũ. Deus Abraã.deus Iſaac.deus iacob nõ eſt deus mortuoꝝ:ſed uiuoꝝ. Si ergo uiuũt:honeſto iuxta te carcere nõ claudunt. Ais em̃ uel in ſinu abraæ:uel in loco refrigerii:uel ſubter arã dei aĩas apoſtoloꝝ & martyꝝ cõſediſſe:nec poſſe de ſuis tumulis& ubi uoluerint adeſſe p̃ſentes. Senatoriæ uidelicet dignitatis ſunt:& nõ inter homicidas teterrimo carcere:ſed in libera honeſtaq; cuſtodia in fortunatorum inſulis & in campis elyſiis recludantur. Tu deo leges pones? Tu apoſtolis uincula iniicies ut uſq; ad diem iudicii teneant cuſtodia:nec ſint cũ dño ſuo? de qbus ſcriptũ eſt. Sequũtur agnum quocũq; uadit. Si agnus ubiq;:ergo & hi q cũ agno ſunt:ubiq; eſſe credẽdi ſunt. Et cũ diabolo & dæmones toto uagent i orbe:& celeritate nimia ubiq; p̃ſentes ſint: martyres poſt effuſionem ſanguinis ſui ara operient incluſi:& inde exire nõ poterunt? Dicis in libello tuo:q; dũ uiuimus:mutuo p nobis orare poſſumus:poſtq̃ aũt mortui fuerimus:nullius ſit pro alio exaudienda oratio:p̃ſertim cũ martyres ultionẽ ſui ſanguinis obſecrãtes impetrare nõ querũt. Si apli & martyres adhuc in corpore cõſtituti poſſunt orare p cæteris:qñ p ſe adhuc debẽt eſſe ſolliciti:quãto magis poſt coronas:uictorias & triũphos? Vnus homo Moyſes ſexcẽtis milibus armatoꝝ impetrat a deo uenia. & Stephanus imitator dñi ſui: & primus martyr in xp̃o:p̃ pſecutoribus ueniã dep̃cat & poſtq̃ cũ xp̃o eſſe cœperint:minus ualebũt? Paulus apoſtolus ducenta ſeptuagintaſex ſibi dicit in naui aĩas condonatas:& poſtq̃ reſolutus eſſe cœpit cũ xp̃o:tũc ora clauſurus eſt:& p his q in toto orbe ad ſuũ euãgeliuꝫ crediderũt:mutire nõ poterit? Meliorq; erit Vigilantius canis uiuens:q̃ ille leo mortuus? Recte hoc de Eccleſiaſte ponerẽ. ſi Paulũ in ſpũ mortuum cõfiterer. Denicq; ſancti nõ appellant mortui:ſed dormiẽtes. Vnde & Lazarus q reſurrecturus erat dormiſſe phibetur Et apoſtolus uetat Theſſalonicẽſes de dormientibus cõtriſtari. Tu uigilãs dormis & dormiẽs ſcribis & p ponis mihi librũ apocryphũ q ſub noĩe Eſdræ a te & ſimilibus tui legit. ubi ſcriptũ eſt q; poſt mortẽ null p aliis audeat dep̃cari quẽ ego librũ nunq̃ legi. Quid em̃ neceſſe eſt in manus ſumere qd eccleſia nõ recipit Niſi forte balſamum mihi & barbellũ & theſauꝝ manichæi:& ridiculũ nomẽ leuſiboræ p feras & qa ad radices pirenæi habitas uicinuſq; ẽ hiberiæ baſilidis antiqſſimi hæretici & imperitæ ſciẽtiæ incredibilia portẽta p ſequeris & p ponis quod totius orbis auctoritate damnat. Nã in commẽtariolo tuo quaſi p te faciens de Salomone ſumis teſtimonium. qd Salomõ omnino nõ ſcripſit. ut q habes alteꝝ Eſdrã habeas & Salomonem alterum. & ſi tibi placueri legito fictas reuelationes oĩm patriarcharum & pphetarum. & cum illas didiceris inter mulierum textrinas cãtato. immo legendas p ponе in tabernis tuis. ut facilius p has nenias uulgus indoctũ puoces ad bibendũ. Cæreos aũt nõ clara luce accẽdimus. ſicut fruſtra calũniaris. ſ3 ut noctis tenebras hoc ſolatio temperemus. & uigilem9 ad lumen ne cæci tecũ dormiamus in tenebris. Quod ſi alicui p̃pt imperitiã & ſimplicitatẽ ſæculariũ hoiu3 uel certe religioſaꝝ fœminarum. de qbus uere poſſumus dicere cõfiteor zelũ dei habẽt. ſed nõ ſcd'm ſcientiam hoc p honore martyrum faciunt qd inde perdis Cauſabant quõdã & apli q periret unguẽtũ ſed dñi uoce correpti ſunt. Neq; em̃ xp̃s indigebat unguento nec martyres lumine cæreoꝝ. & tamen illa mulier in honore xp̃i hoc fecit. deuotioq; mentis eius recipitur. Et qcũq; accendũt cæreos ſcd'm fidem ſuã habẽt mercedem dicente ap'lo unuſqſq; in ſuo ſenſu abundat. Idolatras appellas huiuſcemodi hoies? Non diffiteor oẽs nos q in xp̃o credimus de idolatriæ errore uenиſſe. Nõ em̃ naſcimur. ſ3 renaſcimur xp̃iani. Et qa quõdam colebamus idola nunc deũ colere debemus neſimili eũ uideamur cũ idolis honore uenerari. Illud fiebat idolis. & iccirco deteſtandum eſt. hoc fit martyribus & iccirco recipiendum eſt. Nã & abſq; martyꝝ reliquiis: p totas orientis eccleſias qñ legendum eſt euangeliũ accendũtur luminaria iã ſole rutilãte nonutiq; ad fugandas tenebras: ſed ad ſignum læticiæ demõſtrandum. Vnde & uirgines illæ euangelicæ ſemper habent ac cẽſas lampades ſuas. Et ad apoſtolos dicit. Sint lumbi ueſtri precincti. et lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Et de iohanne baptiſta. Ille erat lucerna ardens et lucẽs. ut ſub typo luminis corporis illa lux oſtendat. de qua in pſalterio legimus. Lucerna pedibus meis uerbum tuum dñe et lumen ſemitis meis. Male facit ergo romanus eps qui ſuper mortuorum hominum petri et pauli ſecundu3 nos oſſa ueneranda. ſecũdum te uile puluiſculum offert dño ſacrificia et tumulos eorum xp̃i arbitrat altaria? Et non ſolum unius urbis. ſed totius orbis errant ep̃i. q cauponem Vigilantium cõtemnentes. ingrediuntur Baſilicas mortuorum in quibus puluis uiliſſimus et fauilla neſcio quæ iacet lintheamĩe colligata. ut polluta omnia polluant. et quaſi ſepulchra phariſaica foris dealbata ſint. cum intus immundo cinere iuxta te imũde omnia oleant atq; ſordeant. Et poſt hæc de bara-

Apoc.14 Mat.26. Ro.10. Ro.14. V Exo.32. Actu.7. Actu.27. Ioh.11. 1.Teſ.4. Mat.25. Luc.12. Ioh.5. ps.118.

thro pectoris tui cœnosam spurcitiã euomens audes dicere. Ergo cineres suos amant animæ mertyrum & circunuolãt eos sempq; præsentes sunt ne forte si aliquis peccator aduenerit absentes audire non possint. O portentũ in terras ultimas deportandum. Rides de reliquiis martyrũ: & cum auctore huius hæreseos Eunomio: ecclesiis christi calũniam struis: nec tali societate terreris ut eadẽ contra nos loquaris: quæ ille contra ecclesiam loquitur. Omnes em̃ sectatores eius basilicas apostolorũ & martyrum non ingrediuntur ut scilicet mortuũ adorent Eunomium: cuius libros maioris auctoritatis arbitrantur q̃ euãgelia: & in ipso credũt esse lumen ueritatis sicut aliæ hæreses paraclytum in Montanum uenisse contendũt: & Manicheus ipsum dicunt este paraclytum. Scribit aduersum hæresim tuam quæ olim erupit aduersum ecclesiam: ne & X in hoc quasi repertor noui sceleris glorieris. Tertulianus uir eruditissimus insigne uolumẽ quod scorpia cũ uocat rectissimo nomine quia arcuato uulnere in ecclesiæ corpus uenena diffudit quæ olim appellabatur caicia hæresis: & multo tempore dormiens uel sepulta: nunc a dormitantio suscitata est miror q; nõ dicas nequaq̃ perpetranda martyria deum em̃ qui sanguinẽ hircorum taurorumq; non quærat multo: magis hominum non requirere. Quod cum dixeris immo & si non dixeris ita habeberis quasi dixeris. Qui em̃ reliquias martyrum asseris calcãdas esse prohibes sanguinem fundi qui nullo honore dignꝰ est. De uigiliis & pernoctationibus in basilycis martyrũ sæpe celebrãdis in altera æpistola quam ferme ante bienniũ sancto ripario presbytero scripseram respondi breuiter. Quod si ideo eas æstimas respuendas: ne sæpe uideamur pasca celebrare & non solennes post annum exercere uigilias ergo & die dominico nõ sunt Christo offerenda sacrificia ne resurrectionis domini crebro pasca celebremus: & incipiamus non unum pasca habere: sed plurima. Error autem & culpa iuuenum uilissimarumq; mulierum qui per noctem sæpe deprehenditur non est religiosis hominibus imputandus quia & in uigiliis pascæ tale quid fieri plærunq; conuincitur: & tamen paucorum culpa non præiudicat religioni: qui & absq; uigiliis possunt errare uel in suis uel in alienis domibus. Apostolorum fidem iudæ proditio non destruxit. Et nostras ergo uigilias malæ aliorum uigiliæ non destruent quin potius pudicitiæ uigilare cogantur qui libidini dormiunt. Quod enim semel feciſſe bonum est non potest malum esse. Sæpe frequenter fiat aut si aliq̃ culpa uitãda est nõ ex eo q; sæpe: sed ex eo quod fit aliquãdo culpabile est nõ uigilemus itaq; diebus pascæ ne expectata diu adulterorũ desideria cõpleant ne occasionẽ peccãdi uxor inueniat ne maritali nõ possit recludi claue. Ardẽtius appetitur quicquid est rarius. Nõ possum uniuersa percurrere quæ sanctorũ presbyterorũ litteræ cõprehendũt de libellis illius aliquid proferam. Argumẽtat contra signa atq; uirtutes quæ in basilicis martyrũ fiunt & dicit eas incredulis prodesse non credẽtibus quasi nũc hoc quæratur quibus fiãt & non qua uirtute fiãt. Esto ergo signa sint infideliũ qui q̃m sermoni & doctrinæ credere noluerũt signis adducãtur ad fidem: & dñs incredulis signa faciebat & tamẽ nõ iccirco dñi suggillanda sunt signa qa illi infideles erant. Sed maiori admirationi erunt qa tantæ fuere potẽtiæ ut etiam mẽtes durissimas edomarẽt & ad fidẽ cogerẽt. Itaq; nolo mihi Y dicas: signa infideliũ sũt: sed respõde quõ in uilissimo puluere & fauilla nescio q̃ tãta sit signorũ uirtutũq; p̃sentia. Sẽtio sentio infœliciſſimæ mortaliũ qd doleas qd timeas. Spũs iste imũdus q hæc te cogit scribere sæpe hoc uilissimo tortꝰ ẽ puluere imo hodieq; torquet & q in te plagas dissimulat: i cæteris cõfitetur. Nisi forte in morẽ gẽtilium impiorũq; Porphyrii & eunomii has p̃stigias dæmonũ esse cõfingas & nõ uere clamare dæmones: sed sua similare tormẽta. Do cõsilium ingredere Basilicas martyrũ & aliquãdo purgaberis in uenies ibi multos socios tuos. & nequaq̃ cæreis martyrum q tibi displicẽt: sed flãmis inuisibilibus cõburens: & tũc fateberis qd' nũc negas: & tuũ nomẽ qui in uigilantio loqueris libere proclamabis te esse aut Mercuriũ propter nũmorũ cupiditatẽ aut nocturnum iuxta Plauti Amphitrionẽ quo dormiẽte in Alemenæ adulterio: duas noctes Iupiter copulauit: ut magnæ fortitudinis Hercules nasceret aut certe liberũ patrẽ prebrietate & cantharo ex humeris dependẽte: & semper rubente facie: & spumãtibus labiis effrenatisq; conuitiis Vnde & in hac puincia cũ subitus terremotus noctis medio oẽs de somno excitasset: tu prudẽtissimus & sapiẽtissimus mortaliũ nudus orabas: & referebas nobis Adã & Euã de paradyso eiectos sic orasse: & illi q/dem aptis oculis erubuerũt: nudos se esse cernẽtes & uerenda texerũt arborũ foliis: tu & tunica & fide nudus: subitoq; timore pterritus: & aliquid habens nocturnarũ crapularũ sanctorũ oculis obscœnam partem corporis ingerebas ut tuã indicares prudẽtiam. Tales habet aduersarios ecclesia. Hi duces contra martyrũ sanginẽ dimicãt: huiuscemodi oratores cõtra apl̃os p tonãt immo tam rabidi canes cõtra xp̃i latrãt discipu

los. Ego cõfiteor timorẽ meum: ne forsitã de suspti/
tione descẽdat. Quãdo iratus fuero: & aliqd mali in
meo animo cogitauero: & me nocturnũ fantasma de
luserit. Basilicas martyrũ intrare nõ audebo: ita tot9
& corpore & animo ptremisco. Rideas forsitã & mu
liercular9 deliramẽta subsannes. Nõ erubesco earu3
fidem: quæ primæ uiderũt dñm resurgẽtẽ: quæ mittũ
tur ad ap̃los: quæ in matre dñi saluatoris sanctis apo
stolis cõmendant. Tu ructato cum sæculi hoib9 ego
ieiunabo cũ fœminis: imo cũ religiosis uiris: q pudici
tiam uultu p̃ferũt: & pallida iugi cõtinẽtia ora portã
Z tes xp̃i ostendũt uerecũdiam. Videris mihi dolere &
aliud: ne si ioleuerit apud Gallos cõtinẽtia & sobrie
tas atq; ieiunium tabernæ tuæ lucra nõ habeant. & ui
gilias diaboli ac temulẽta cõuiuia tota nocte exerce/
re nõ possis. Præterea iisdem ad me relatũ est epistolis:
q cõtra auctoritatem ap̃li pauli: immo petri iohãnis
& iacobi q dextras dederũt paulo & barnabæ cõ/
municationis & p̃ceperũt eis: ut paupe9 memores es
sent: tu phibeas Hierosolymã in usus sanctorum ali/
qua sumptuũ solatia dirigi. Videlicet si ad hoc respõ
dero: statim latrabis meã me cã3 agere: q tãta cũctos
largitate donasti: ut nisi uenisses hierosolymã & tuas
uel patron9 tuo9 pecunias effudisses: omnes picli
taremur fame. Ego hoc loquor qd̃ beatus apostolus
Paulus in cũctis pene æpistolis suis loquit̃: & p̃cipit
in ecclesiis gẽtiũ p unam sabbati: hoc est in die dñico
oẽs cõferre debere: quæ Hierosolymã in sanctorũ so/
latia dirigant̃: & uel p discipulos suos: uel quos ipsi
p̃bauerint: & si dignũ fuerit: ip̃e aut dirigat: aut perfe
rat qd̃ collectũ est. In actibus ap̃lo9 loquẽs ad fœli/
Actu. 24 cẽ p̃sidẽ. Post annos ait plures ælemosynas facturus
in gentẽ meã ueni Hierosolymã: & oblationes & uo/
ta in qbus inuenerũt me purificatũ in templo. Nun/
quid in alia parte terra9 & in iis ecclesiis quas nascẽ
tes fide sua erudiebat: quæ ab aliis acceperat diuidere
nõ poterat? Sed sanctis pauperibus dare cupiebat qui
suas p̃ xp̃o facultate relinquẽtes: ad dñi seruitutẽ tota
mente cõuersi sunt. Lõgũ est nũc: si de cunctis æpisto
lis eius oia testimonia reuoluere uoluero: in quibus
hoc ait: & tota mẽte festinat: ut Hierosolymã & ad san
cta loca credẽtibus pecuniæ dirigant̃ nõ in auariciã:
sed in refrigeriũ: nõ ad diuitias cõgregãdas: s3 ad im
becillitatẽ corpusculi sustẽtãdã: & frigus atq; inediã
declinãdã. Hac in iudæa usq; hodie pseuerãte consue
tudine: nõ solũ apud nos: sed & apud hæbreos: ut qui
in lege dñi meditant̃ die ac nocte: & patre3 nõ habẽt
in terra: nisi solum deum synagogarũ: & totius orbis
foueant̃ ministeriis: ex æquitate dũtaxat: non ut aliis
refrigeriũ: & aliis sit tribulatio: sed ut alio9 abũdan/
tiam: aliorum sustentẽt inopiã. Respõdebis: hoc unũ
quemq; posse in patria sua facere: nec pauperes defu/
turos q ecclesiæ opibus sustẽtãdi sunt. Nec nos nega/
mus cunctis pauperibus etiã iudæis & Samaritanis: si
tanta; sit largitas stipes porrigẽdas. Sed ap̃s faciendã Gal. 6.
quidem docet ad oẽs ælemosynã: sed maxime ad do
mesticos fidei. De qb9 & Saluator in euãgelio loque
bat̃. Facite uobis amicos de mammona iniqtatis qui Luc. 16.
uos recipiant in æterna tabernacula. Nunqd isti pau
peres inter quorum pãnos & ingluuiem corporis fla
grans libido dominat̃: possunt habere æterna taber/
nacula? q nec p̃sentia possident nec futura? Nõ enim Mat. 5.
simp̃r paupes: s3 paupes spũ beati appellãt̃: de qb9
scriptũ est. Beatus qui intelligit sup ægenum & paupe ps. 40.
rẽ i die mala liberabit eũ dñs. In uulgi paupib9 sustẽtã
dis neq̃q̃ itellect9: s3 ælemosyna op9 ẽ. In sctis paupi
bus beatitudo est intelligẽtiæ: ut ei tribuat q erubescit
accipere: & cũ acceperit dolet metẽs carnalia & semi/ &
nãs spiritalia. Quod aũt asseris eos melius facere qui
utantur rebus suis: & paulatim fructus possessionum
suarũ pauperibus diuident: q̃ illos q possessiõibus ue/
nũdatis semel omnia largiant̃ nõ a me eis. sed a dño
respõdebitur. Si uis esse perfectus: uade & uende om Mat. 19.
nia quæ habes & da pauperibus. & ueni sequere me.
Ad eum loquit̃ qui uult esse perfectus qui cum apo/
stolis patrẽ uauiculã & rhete dimittit. Iste quẽ tu lau/
das secũdus & tertius gradus ẽ quẽ & nos recipim9 dũ
modo sciamus prima secundis & tertiis præferenda.
Nec a suo studio monachi deterrendi sũt a te linguis
uipereis & morsu sæuissimo. de quibus argumentaris
& dicis. Si omnes se clauserint & fuerint in solitudine
quis celebrabit ecclesias? quis seculares homines lu/
crifaciet? quis peccantes ad uirtutes poterit cohortari
Hoc em̃ modo si omnes tecum fatui sint. sapiens quis
esse poterit? Et uirginitas non erit approbanda. Si em̃
omnes uirgines fuerint. nuptiæ non erũt interibit hu
manum genus infantes in cunis non uagiẽt & obste/
trices absq; mercedibus mendicabunt. & grauissimo
frigore solutus atq; contractus dormitan3 ius uigila/
bit in lectulo. Rara est uirtus nec a pluribus appetit̃.
atq; utinam hoc omnes essent quod pauci sunt. de q/
bus dicitur. Multi uocati pauci autem electi. & uacui Mat. 20.
essent carceres. Monachus autẽ nõ doctoris sed plan
gentis habet officium. qui uel se uel mundum lugeat
& domini pauidus præstoletur aduentum qui sciens
imbecillitatem suam & uas fragile quod portat. timet

offendere ne impingat corruat atq; frangat. Vnde & mulierum maximeq; adolescentularum uitat aspectū & in tantū castigator sui est: ut etiam quæ tuta sunt p/timescat: cur inquies pergis ad heremū? uidelicet ut te non audiam non uideam ut tuo furore nō mouear ut tua bella non patiar. ne me capiat oculus meretricis: ne forma pulcherrima ad illicitos ducat āplexus. Respondebis: hoc nō est pugnare: sed fugere. Sta in acie: aduersariis armatus obsiste ut postq̄ uiceris coroneris Fateor imbecillitatē meam. Nolo spe pugnare uicto/riæ ne perdā aliquando uictoriā. Si fugero: gladiū di/mittā: si stetero: aut uincendū mihi est aut cadendum Quid autē necesse est certa dimittere: & incerta sectari Aut scuto aut pedib9 mors uitāda est. Tu qui pugnas & superari potes: & uincere. Ego cū fugero nō uincar in eo q; fugio sz ideo fugio ne uincar. Nulla securitas est uicino serpēte dormire potest fieri ut me non mordeat tñ potest fieri ut aliquādo me mordeat. Matres uocemus sorores & filias: & nō erubescimus uitiis nostris nomina pietatis obtēdere: Quid faciat mōachus in cellulis fœminarum? quid sibi uolūt sola & priua/ta colloquia: & arbitros fugiētes oculi? Sanctus amor impatientiā non habet. Quod de libidine diximus re feramus ad auariciam & ad omnia uitia quæ uitantur solitudie. Et iccirco urbiū frequētias declinam9 ne fa/cere cōpellamur: quæ nos nō tam natura cogit facere q̄ uolūtas. Hæc ut dixi sanctoꝝ presbyterorum rogatu unius noctis lucubratōe dictaui festinante admodum fratre Sisinnio: & ꝑpter sanctoꝝ refrigeria ægyptum ire ꝑperante alioquin & ipa materia apertam habuit blasphemiā quæ indignationē magis scribētis q̄ testi monioꝝ multitudinē flagitaret: Quod si dormitātius in mea rursus maledicta uigilauerit: & eodē ore blas/phemo quo apl̄os & martyres lacerat: de me quoq; putauerit detrahēdū nequaq̄ illi breui lucubratiūcula sed tota nocte uigilabo & sociis illius imo discipulis uel magistris q nisi tumētes uteros uiderint fœmina/rum maritos eaꝝ xp̄i ministerio arbitrant indignos.

¶ Beati Hieronymi presbyteri ad Ripariū p̄sbyterum blasphemiam uigilantii de non uenerandis reliquiis detestantis. Epistola XI

9 ACceptis primū litteris tuis nō respondere superbiæ est incaute id facere temeritatis De his enim rebus interrogas: quæ & pro ferre & audire sacrilegiū est. Ais uigilātiū qui κατανυκτασιν hoc uocat nomine. Nam Dormi tantius rectius diceret. Os fetidū rursus aperire: & pu torem spurcissimū contra sanctoꝝ martyrū ꝑferre re/liquias: & nos qui eas suscipim9 appellare cinerarios & idolatras qui mortuoꝝ hominū ossa ueneremur. O infœlicē hominē: & oi lachrymarū fonte plāgendū: qui hæc dicens nō se intelligit esse Samaritanuz & iu/dæum qui corpora mortuoꝝ ꝑ inmundis habent: & etiaz uasa quæ in eadem domo fuerint pollui suspicā tur sequētes occidentē litterā & non uiuificantē spiri/tum. Nos autem nō dico martyꝝ reliquias: sed ne so/lem quidē & lunā non angelos nō archangelos: non cherubin: nō seraphin & omne nomē qd nominatur & in p̄senti sæculo & in futuro colimus & adoramus: ne seruiamus creaturæ potius q̄ creatori q est benedi/ctus in sæcula. Honoramus autē reliquias maryruz ut eum cuius sunt martyres adoremus. Honoramus ser/uos ut honor seruoꝝ redundet ad dñm q ait. Qui uos Mat.1
suscipit: me suscipit. Ergo Petri & Pauli immūdæ sunt reliquiæ? Ergo moysi corpusculū imūdum erit? qd iu/xta hebraicā ueritatem ab ip̄o sepultū est dño? Et quo tiensc̄uq; apostoloꝝ & ꝓphetarum & oim martyrum basilicas ingredimur: totiens idoloꝝ templa uenera/mur? Accensiq; ante tumulos eoꝝ cærei idolatriæ in signia sunt? Plus aliquid dicam quod redundet in au ctoris caput: & insanū cerebrum uel sanet aliquando uel deleat ne tantis sacrilegiis simulachrū animæ sub uertant? Ergo & dñi corpus in sepulchro positū imū dum fuit? Et angeli qui candidis uestibus utebantur mortuo cadaueri atq; polluto præbebant excubias: ut post multa sæcula. Dormitātius somniaret. imo eru/ctaret immūdissimā crapulam. & cum Iuliano p̄secu/tore sanctorum basilicas aut destrueret: aut in templa cōuerteret? Miror sanctū episcopū: in cuius parrochia esse prebyter dicit acqescere furori eius: & non uirga apostolica: uirgaq; ferrea cōfringere uas iutile: & tra dere in interitū carnis: ut spūs saluus fiat. Meminerit ps.49.
illius dicti: Si uidebas furē currebas cū eo: & cuz adul teris portionē tuam ponebas. Et in ælio loco. In ma/tutino interficiebā oēs peccatores terræ: ut dispderē ps.110
de ciuitate dñi oēs operantes iniqtatē. Et iterū Nōne ps.138.
odientes te dñe odio habui? & super inimicos tuos ta/bescebā? p̄fecto odio oderā illos. Si non sunt hono/randæ reliquiæ martyrū quomodo legim9. Precioſa ps.115.
in cōspectu dñi mors sanctoꝝ eius? Si ossa mortuoꝝ 4.ꝑ.13
polluunt contingētes quō Heliseus mortuus mortuū suscitauit: & dedit uitam corpori: qd iuxta Vigilantiū iacebat immūdum? Ergo omnia castra israelitici exer Ioſue.
citus: & populi dei fuere immūda: quia Ioseph & pa/triarcharum corpora portabant in solitudine: & ad sanctam terram immūdos cineres pertulerāt? Ioseph

quoq; qui in typo p̄cessit dñi saluatoris nostri scelera/ tus fuit: qui tāta ambitione Iacob in Hebron ossa por/ tauit: ut imūdum patrem auo & attauo sociaret immū dis: & mortuū mortuis copularet? O p̄cidendā linguā a medicis imo insanū curandū caput, ut qui loqui ne/ scit discat aliquādo reticere. Ego uidi hoc aliquando portentū & testimoniis scripturaꝝ quasi uinculis Hi/ pocratis uolui ligare furiosum. Sed abiit: excessit: eua/ sit, erupit: & iter Hadriæ fluctꝰ: cotiiq; regis alpes: i nos declamando clamauit quicquid em̄ amens loquitur uociferatio & clamor est appellādus. Tacita me forsi tan cogitatōe repræhēdas: cur in absentē inuehar. Fa/ tebor tibi dolorē meum. Sacrilegiū tātū patienter au/ dire nō possum. Legi em̄ Syromastē Phinees: austeri/ tatem Heliæ: zelum Symonis Chananei: Petri sæueri/ tatē Ananiā & Saphyrā trucidātis. Pauliq; cōstantiā qui Helymam magum uiis dñi resistentem. æterna cæ/ citate dānauit. Non est crudelitas pro deo sed pietas.

Deut.28 Vnde & in lege dicit. Si frater tuus & amicus & uxor quæ est in sinu tuo deprauare te uoluerit a ueritate: sit manus tua sup eos & effunde sanguinē eorum: & au/ feres malū de medio israel iterum dicam. Ergo marty rum imūdæ sunt reliquiæ? Et quid passi sunt ap̄li ut im mūdū Stephani corpus tanta funeris ambitione præ/ cederēt: ut facerent ei planctū magnuꝫ: ut eoꝝ luctus in nostrum gaudiū uerteret. Nam qđ dicis eum uigi/ lias execrari: facit & hoc cōtra uocabulū suum ut uelit dormire uigilantius: & nō audiat saluatorem dicētez

Mat.26. sic. Nō potuistis una hora uigilare mecum. uigilate & orate ne intretis in tentationē spiritus ꝓmptus est sed

ps.118. caro infirma Et in alio loco Propheta decātat: Media nocte surgebā ut cōfiterer tibi sup iudicia iusticiæ tuæ.

Act.16. Dominū quoq; in euangelio legimus pernoctasse: & apostolos clausos carcere tota nocte uigilasse ut illis psallētibus terra quateret, custos carceris crederet ma

Col.4. gistratus & ciuitas terrerent. Loquit Paulus: Oratio ni insistite uigilātes in ea. Et in alio loco in uigiliis fre

2.Cor.11 quēter. Dormiat itaq; Vigilātius: & ab exterminatore Aegypti cum Aegyptiis dormiens suffocet. Nos dica/

ps.120. mus cū Dauid: Non dormitabit neq; dormiet qui cu/ stodit israel ut ueniat ad nos sanctus Et hir qui interp̄ tat uigil: Et si quādo ꝓpter peccata nostra dormierit dicamꝰ ad eū: Surge ut quid dormitas dñe? excitemus q̄illū & nauicula fluctuāte clamemꝰ: Magister saluos nos fac perimus. Plura dictare uoluerā si nō epistola ris breuitas pudorē nobis tacēdi imponeret: & si libro rum ipsius ad nos uoluisses mittere cātilenas ut scire possemus ad quæ rescribere deberemus. Nunc autem aerem uerberauimus: & nō tam illius infidelitatē quæ omnibus patet q̄ nostram fidem aperuimus. Cæterū si uolueris lōgiorē nos aduersum eū librū scribere mitte nenias illius & ineptias ut Ioannem baptistam audiat prædicātē lā securis ad radices arborū posita est. Om/ Mat.3. nis enim arbor quæ nō facit fructū bonū excidet: & in ignem mittet

¶ Argumētū sequentis opusculi excerptū ex Isidoro libro octauo æthimologiarum.

Vciferiani a Lucifero Syrimiæ episcopo orti qui cōpus catholicos qui Constantini persecutōe perfidiæ Arrianoꝝ consistētes erant: & postea correcti reddire in catholi cam ecclesiā delegerunt dānantes siue qđ crediderūt siue qđ se credere simulauerūt quos catholica eccle/ sia materno recepit sinu tanq̄ Petrū post fletum nega/ tionis. Hanc illi matris charitatē superbe accipientes eosq; recipere nolētes ab ecclesiæ cōmunione recesse/ runt. Et cū ipō Lucifero suo auctore qui mane orieba tur cadere meruerunt.

¶ Altercatio Luciferiani & Orthodoxi cuiusdaꝫ edi ta a beato Hieronymo presbytero contra Luciferianū inscripta. Epistola XII

DRoxime accidit: ut quidam Luciferi secta tor cuꝫ alio ecclesiæ alūno odiosa loqua citate contendēs caninā facundiam exer cuerit. Asserebat quippe uniuersum mun/ dum esse diaboli. Et ut iam familiare est eis dicere fa/ ctū de ecclesia lupanar. At ille econtrario rationabili ter quidē & oportuno loco & tēpore defendebat non sine causa Christū mortuū fuisse nec absurdorum tm̄ causa dei filium descendisse. Quid plura? dum audiē/ tiam & circuluꝫ lumina iam in plateis accensa solue rent: & inconditā disputationē nox interrūperet con sputa pæne inuicē in facie receserūt. Hoc tamē his qui affuerunt statuētibus q̄ in secretam porticum primo mane conueniretur: quo cū iuxta placitum oēs conue nissent uisuꝫ est utriusq; sermonē a notariis excipi. At q̄ ita cunctis residentibus Helladius Luciferianus di A xit. Hoc primū mihi respōderi uolo: utrū Arriani xp̄ia ni sint an nō? Hiero. Orthodoxus. Ego plus inqt inter rogo utrū ne oēs Hæretici xp̄iani sunt? LV. dixit. Quē hæreticū dixeris xp̄ianū negasti. OR. Oēs ergo hære tici xp̄iani nō sunt. LV. Iam superius audisti. OR. Si xp̄iani nō sunt diaboli sūt. LV. Nemo dubitat. OR. Si aūt diaboli sunt: nihil refert hæretici sint an gētiles LV. Nō refello. OR. Igitur præfixum inter nos habe mus de hæretico sic loquēdū sicut de gentili. LV. Pla

ne fixũ.OR.Quære mõ ut libet:qm̃ inter nos constat nunc hæreticos gentiles esse.LV.Quod interrogatio mea cogere uolebat expressum est hæreticos xp̃ianos nõ esse.Nũc restat cõclusio.Si arriani hæretici sunt:& hæretici oẽs gentiles sunt:& arriani gẽtiles sunt:& ita cõstat nullã societatẽ ecclesiæ esse cum arrianis: id est cũ gẽtilib9.Manifestũ ẽ ergo uestrã eccl'iaꝫ q̃ ab arrianis.i.a gẽtilib9 eꝓos susc̃ipit nõ tã eꝓos recipe q̃ de capitolio sacerdotes: ac ꝓ hoc ãtixp̃i magis synagoga q̃
ps.56. xp̃i ecclesia debeat nũcupari.OR.Ecce ipleta ẽ ꝓphetia.Parauit mihi foueã & ip̃e incidit in eam.LV.Quo nã modo?OR.Si arriani ut dicis gẽtiles sunt:& arrianoꝝ cõnẽticula castra sunt diaboli quõ in castris diaboli baptizatũ recipis?LV.Recipio: sed pœnitẽtem OR.Prorsus qd dicas nõ intelligis:q s̃q̃ ne gẽtilẽ recipit pœnitẽtẽ?LV.Ego simp'r ĩ exordio sermonis oẽs hæreticos gẽtiles esse respõdi.uerũ qa captiosa respõsio fuit primæ qõnis tibi palmã tradẽs ad sc'daꝫ ueniã ĩ q̃ aio laicũ ab arrianis ueniẽtẽ recipi debere pœnitẽtẽ clericũ uero nõ debere.OR.At q in pria qõne quã obtinuisse me dicis etiã secũdam obtinui.LV.Doce quõ obtinueris?OR.Nescis& laicos& clericos unũ habẽ xp̃m:nec aliũ neophytis aliũ eꝓis eẽ deũ?Cur ergo nõ recipiat cl'icos:q recipit laicos pœnitẽtes?LV.Non est eꝓi ip̃m lachrymas fundere ꝓ peccatis:& corpus attrectare dñi.Nõ est eꝓi ad fratruꝫ genua ꝓuolui & de sublimi loco eucharistiam ministrare populo.Aliud est lugere quod fueris aliud neglecto peccato ĩ ecclesia uiuere glorioſum.Tu q hesterno die sacrilegus creaturam dei filiuꝫ p̃dicabas:qui quotidie peior iudæis blasphemiarum lapides in xp̃m iaciebas: cui9 manus sanguinæ plenæ sunt:cui9 stilus lãcea militis fuit:ad unius boræ cõuersionem uirginem ecclesiam adulter ingrederis si peccasse te pœnitet officiũ depone sacerdotis:si te nõ peccasse cõfidis permane quod
B fuisti.OR.Rhetoricaris:& a disputationum spinetis ad campos liberæ declamatiõis excurris.Verum desine quæso a cõmunibus locis:& in gradum rursum ac in lineas regredere:postea si placuerit latiꝰ disseremꝰ LV.Nulla declamatio hic est.Dolor patientiam superat ꝓponeut libet argumentare ut libet nũq̃ ꝓsua/debis idem esse eꝓm qd' laicum pœnitẽtẽ.OR.Quoniam obstinate tenes aliã esse rationem eꝓi:aliam laici ad cõpendiuꝫ tentationis.triduo qd' postulas: nec me pigebit locum te faciente manum tecũ conserere: expone mihi quare laicum ueniẽtem ab Arrianis recipias eꝓm nõ recipias.LV.Recipio laicum quia errasse se confitetur:& dñs mauult pœnitentiaꝫ p̃cõris q̃ mortẽ.OR.Recipio& ego eꝓꝫ qa & errasse se cõfiteꝫ & dñs mauult pniaꝫ p̃cõris q̃ mortẽ.LV.Si errare se cõfiteꝫ:cur eꝓs pseueratꝫ deponat sacerdotiũ:cõcedo ueniã pœnitẽti.OR.Rñdebo tibi & ego sermonibus tuis.Si laicus errasse se confiteꝫ:quõ laicus pseueratꝫ Deponat sacerdotiuꝫ laici.id est baptisma.& ego doueniam pœnitenti. Scriptum est em̃.Regnum quip/ Apoc.1.
pe nos & sacerdotes deo & patri suo fecit.Et iteꝝ.Gẽtem sanctam regale sacerdotium populum acquisitũ 2.Pet.2.
Omne quod lꝫ xp̃iano commune est taꝫ eꝓo q̃ laico Qui pœnitentiam agit:priora condemnat.Si non licet eꝓo pœnitenti ꝑseuerare quod fuerat non licet laico pœnitenti in eo permanere:ꝓpter quod pœnitentiam cõfiteꝫ.LV.Recipimus laicos qm̃ nemo cõuertiꝫ si scierit baptizandum & ita fiet ut nos simus cãperditionis eorum si repudienꝫ.OR.Tu in eo quod recipis laicum unam animam recipiẽdo saluas& ego in recipiendo eꝓm nõ dicam unius ciuitatis populos. sed uniuersam cui præest ꝑuinciam ecclesiæ socio quẽ si repellam multos secum in ruinam trahet.Quãobrẽ quæso nos ut eam rationem quam in paucis recipiendis habere uos existimastis etiam ad totius orbis salutem concedatis.Quod si displicet & tam duri estis.immo tam irrationabiliter inclæmentes ut eum qui dederit baptisma hostem xp̃i eum qui acceperit filiũ putetis nos nobis aduersa non facimus aut eꝓm cum populo recipimus quem facit xp̃ianum aut si eꝓm nõ recipimus scimus etiam nobis populum reiiciendum/
LV.Oro te nomine xp̃i non legisti de eꝓis dictum.
Vos estis sal terræ?Si autem sal infatuatum fuerit . in Mat.5. ubi
quo salietur?sed & ad nihilum est utile . nisi ut proiiC/ciatur foras.& conculcetur ab hominibus . Sed & illud quod populo peccatore sacerdos deum exoret ac pro sacerdote nullus sit alius qui deprecetur . Quæ quidem duo scripturarum capitula in sententiam cõcurrunt unam.Nam ut sal omnem cibum condit.nec est aliquid pro se tam suaue quod absq; eo gustum demulceat.Ita mundi totius & ecclesiæ proprie condimentum episcopus est.qui si infatuatus fuerit .siue per negationem siue per hæresim.siue per libidinem (& ut simul dicã per uniuersa peccata)a quo alio poterit cõdiri cũ ip̃e fuerit cõdimẽtum?Sacerdos qppe ꝓ laico offert oblationẽ suã ponit manũ subiecto redi/tũ sanctis ꝑus inuocat atq; eũ q traditus fuerat satha/næ in interitũ carnis.ut spũs saluus fieret indicta ĩ populũ oratiõe altario recõciliat.nec prius unũ mẽbrũ restituit sanitati q̃ oia sil' mẽbra cõflauerit facile qppe ignoscit filio pater cũ mater ꝓ uiscerib9 suis deꝑcatur

Si ergo hoc quē diximus gradu laicus pœnitens resti/
tuitur ecclesiæ: ibiq; consequit ueniā ubi luctus præ/
cesserat manifestū est sacerdotem de gradu suo motū
in eūdem locum nō posse restitui quia aut pœnitēs sa
cerdotio carebit aut in honore psistens reduci in ec/
clesiam nō poterit per ordinē pœnitētis Tu mihi nūc
infatuato sale ecclesiæ saporē cōtaminas: tu em̄ eum
qui ꝓiectus foras iacere deberet ĩstercore a cūctis hoi/
bus conculcādus super altariū reponis. Et ubi erit il/
Tit.1. lud apostoli præceptū? Oportet ep̄m esse sine crimie
1.Cor.11 quasi dispensatorē dei. Et iterum. Probet aūt se unus
q̄sq; & sic accedat ubi dñica denūciatio est: ne miseri
mus margaritas nostras ante porcos. Quod si de om
nibus generaliter dictū intelligis: q̄tomagis de sacer
dotibus præcauendū est cum etiam de laicis sic habea
Num.16. tur? Separamini inquit dñs per Moysen a tabernacu/
lis istorum hominum durissimorum: & nolite tan/
gi ab omnibus qui sunt eor̄: ne simul pereatis in pcō
Agg.2. eorum. Et rursum in duodecim ꝓphetis. Sacrificia eo
rum tanq̄ panis luctus: oēs qui māducant ea contami
Mat.6. nabunt. Et in euangelio dñs. Lucerna inquit corpo/
ris est oculus tuus. id est ecclesiæ lumen est episcopus
Si autem oculus tuus simplex est: totum corpus tuum
lucidum erit. Sacerdote em̄ fidem ueram prædicante
ex omni corde tenebræ discutiūtur: & causam reddit.
Neq; em̄ lucerna accenditur & ponit sub modio: sed
super cādelabrū: ut luceat omnibus qui ĩ domo sunt.
Lucernam em̄ hoc est deus scientiæ suæ igniculum in
epilcopo succendit ut nō sibi tm̄ luceat: sed omnibus
§. ubi supra prosit. Et in consequenti. Si inquit oculus tuus nequā
fuerit omne corpus tenebrosum est. Si em̄ lumen qd̄
in te est tenebræ sunt: ip̄e tenebræ quantæ erunt? Et re
ete. Nā cum ideo episcopus in ecclesia constituatur ut
populū coerceat ab errore quātus erit error in pplo:
cum errat ille qui docet? Quomodo potest pcā dimit
tere: qui ipse pcōr est? quomodo sanctū sacrilegus sa
cietˢ unde ad me lumē introiet: cū oculus meus cæcus
sit? Prohdolor antip̄i discipulus ecclesiam xp̄i guber
nat. Et unde est illud nō potestis duobus dñis seruire
Mat.6. Sed & illud quæ cōmunicatio luci ad tenebras? q con
Leuit.21 sensus xp̄o ad belial? Legimus in ueteri testamento.
Homo in quo fuerit macula & uitiū: non accedat offer
re dona dño. Et rursum. Sacerdotes q accedūt ad dñ3
deum ut sacrificent: mundi sint ne forte derelinquat
eos dominus. Et in eodem. Et cuz accedūt ministrare
sctā nō adducāt in se delictū ne moriāt. Et multa alia
quæ ꝓsequi infinitū est sed studio breuitatis omitto.
Neq; em̄ numerus testimonioꝝ: sed auctoritas ualet.

Ex quibus ostendit uos per modicū fermentū totā ec/
clesiæ massam corrupisse. Et de eius manu hodie eu/
charistiā accipere quā heri quasi idolum respuebatis:
OR. dixit Multa qdē de sacris uoluminibus memori D
ter copioseq; dixisti: sed cū totū circūieris saltum meis
cassibus cōcluderis. Sit qppe arrianoꝝ ep̄s hostis xp̄i:
sit infatuatū sal: sit lucerna sine igniculo: sit oculus si
ne pupilla nēpe eo puenies ut salire nō possit. qa sal
ip̄e nō habeat nō illuminet cæcus: nō accēdat extict9
Tu aūt cū cōditū cibū ab eo deuores: cur insulsum ar
guis cōditorē? Igniculus eius in ecclesia tua lucet: &
lucernā eius criminaris extinctā. Oculos tibi prebet:
& cæcus est. Quāobrē oro te: ut aut sacrificādi ei dili/
gētiā tribuas cuius baptisma ꝓbas aut reprobes ei9 ba
ptisma quē nō existimas sacerdotē. Neq; em̄ fieri po/
test ut q in baptismate sctūs sit: sit apud altare pecca/
tor. LV. Sz ego recipio laicū pœnitentē p manuū im
positionē & inuocationē spūssancti sciens ab hæreti/
cis spiritūsctm̄ nō posse cōferri. OR. Omnes ꝓpositio
num uestraꝝ calles ad unum cōputum confluunt: &
pauidoꝝ more ceruoꝝ dum uanos pennarū euitatis
uolatus fortissimis rhetibus implicamini. Nā cum in
patre & filio & spūsancto baptizatus homo templum
dñi fiat cū ueteri æde destructa nouum trinitatis delu/
brū ædificet quō dicis sine aduētu spūssti apud arria
nos pcā posse dimitti? Quō antiqs sordib9 aīa purga
tur q̄ sctūz nō habet spm̄ Neq; em̄ aqua lauat aīaz sed
prius ip̄a lauat spū ut ælios lauare spiritaliter possit.
Spūs inqt Moyses dñi ferebat sup aquas. Ex quo ap/ Geñ.1.
paret baptisma nō esse sine spūsctō. Bethsaida lacus
iudeæ nisi p aduētuz angeli debilitata corpaliter mē/
bra sanare nō poterat. Et tu mihi aq̄ simplici quasi de
balneo aīaz lotā ꝓducis. Ip̄e dñs noster iesus xp̄s qui
nō tam mūdatus est q̄ lauacro suo uniuersas aq̄s mū/
dauit stati ut caput extulit de fluēto spiritūsanctū ac/
cepit nō q; unq̄ sine spūsancto fuerit qppe qui de spū/
sctō ĩ carne natus est: sz ut illud nobis mōstraret uerū
esse baptisma quo spūssctūs adueniat. Igit si arrianus
spiritūsanctū nō pōt dare nec baptizare qdē pōt qa ec
clesiæ baptisma sine spūsancto nullū est. Tu uero cū
baptizatū ab eo recipis: & postea iuocas spiritūsanctū
aut baptizare eū debes qa sine spūsctō baptizari non
pōt aut si est baptizatus ĩ spū desine ei iuocare spiritū
quē tūc cū baptizaret accepit. LVCI. Obsecro te nō/ Act.19.
ne legisti ĩ actib9 apostoloꝝ eos q iam a Iohāne bapti
zati fuerāt: cum ad interrogationē apostoli respondis
sent: se nec auditu quidem comperisse quid esset spiri/
tussanctus postea fuisse spiritumsanctum consecutos?

Vnde manifestū est posse aliquē baptizari & tamē nō
E habere spiritū sanctū. OR. Nō tā imperitos diuinoꝝ
uoluminū eos qui audiunt puto ad hanc quæstiūculā
dissoluendā longo ut sermone opus sit Verū prius q̄
qd ī ea sentiā loq̄r ausculta iuxta sensum tuū quanta
scripturaꝝ turbatio oriat. Quid ē hoc qd' Iohānes in
baptismate suo aliis spiritūsanctū dare nō potuit qui
Iohā.1. Christo dedit. Et quis est iohānes? Vox clamātis in de
serto parate uiā dñi: rectas facite semitas dei nostri il/
Luc.1. le qui dicebat: Ecce agnus dei ecce qui tollit pcta mū
bapmi dñi et di. Minus dico ille q̄ ex matris utero clamadat. Et un/
ioannis ꝺra de hoc mihi: ut ueniat mater dñi mei ad me? spiritum
N sctm nō dedit quē Philippus diacon⁹ eunucho dedit
quē Ananias Paulo dedit. Audacter forsitan uidear
Mat.11. iohannē præferre cūctis. Audi dñm loquentē. Nō est
ī natis mulierū aliquis maior iohāne baptista. Nulli
em̄ cōtigit ꝓphetaꝝ & ānūciare xp̄z & digito demō/
strare. Et qd mihi necesse est ī talis uiri laudib⁹ imora
Mal.3. ri cū a deo patre etiā angelus nuncupet? Ecce inquit
mitto angelū meū ante faciem tuā qui p̄parabit uiaz
tuaz. Plane angelū qui post materni uētris hospitiuz
hæremi secreta sectatus paruulus de serpētibus lusit q̄
oculis expectātibus Christum nihil aliud est dignatus
aspicere qui eloquiis domini quæ melle & fauo dulcio
ra sunt dignā deo uocem erudiuit. Et ne questionem
morer: sic decebat crescere præcursorē dñi. Iste ergo ta
lis tantusq̄ spiritūsanctū non dedit: quē Cornelius cē
turio anteq̄ baptizaret accepit. Responde quæso cur
nō dederit: sed ignoras. Audi quid scripturæ doceant
Iohānes baptista non tam peccata dimisit q̄ baptis/
ma pœnitētiæ fuit in peccatoꝝ remissionē. id est in fu
turā remissionē quæ est post ex sanctificatione xp̄i sub
Mat.3. secuta. Scriptū est em̄. Fuit iohānes in deserto bapti/
zans: & prædicās euangeliū pœnitētiæ in remissionē
peccatoꝝ. Et postmodū: & baptizabantur ab eo ī ior/
dane cōfitentes peccata sua ut em̄ ante p̄cursor dñi ip
se sic & baptisma eius præuiū dñici baptizatus fuit qui
de terra est aiebat terrena loquit: & qui de supnis ue/
nit sup omnes est. Et iterū. Ego baptizo uos in aqua
F ille baptizabit uos in spiritusancto. Si aūt iohānes ut
N confessus est nō baptizauit in spū: neq̄ peccata dimi/
sit quia nulli hominū sine spūsancto peccata dimittū
tur aut si cōtentiose argumētaris ideo iohannis baptis
ma dimisisse peccata: qa de cœlis fuit edoce quid am/
plius in xp̄i baptismate consequamur? Quod peccata
dimittit liberat a gehēna: quod a gehēna liberat pfe/
ctum est. Perfectū autē baptisma nō est nisi qd' in cru/
ce & in resurrectione christi est ita tu in peruersum du/

ceris irreligiosus dicente ipso iohanne: illū oportet
crescere me autē minui & cū serui baptismo plusq̄ ha 71
buit tribuis dñicū destruis Cui nihil amplius relinqs
Quorsum ista tendit assertio uidelicet ut nō tibi durū
uideat: & si hi qui a iohāne fuerāt baptizati postea p
impositionē manuuz apostoloꝝ sint spiritūsanctum
cōsecuti cum cōstet eos nec peccatoꝝ quidē sine sub/
secutura fide remissionē consecutos. Tu uero q̄ ab ar
rianis recipis baptizatū ideo tribues baptisma qd' pfe
ctum est. Et quo pacto quasi modicū quod ei defuerit
sanctū aduocas spiritū cum baptisma Christi sine spū
sancto nullum sit? Verum longe excessi cum æqua frō
te aduersarii exercitus concitus sim impetum summo
uere leuiora minus tela direxi. Iohannis autē baptis/
ma in tantū perfectū fuit: ut constet postea Christi ba
ptismate baptizatos q̄ ab eo fuerant baptizati. Ita em̄ Actu.19
historia refert. Factum est autē cuz Apollo esset corin
thi: & cum Paulus pertransiret superiores partes Asiæ
deuenit Ephesum: & cum inuenisset quosdam descen
dentes dixit ad eos. Si spiritumsanctum accepistis cui
credidistis. At illi responderūt. Sed nec si spiritussan
ctus sit audiuimus: Dixit autem ad eos in quo ergo
baptizati estis. Responderunt: in iohannis baptis/
mate. Sed dixit Paulus iohannes quidem baptizauit
baptismo pœnitentiæ plæbem dicens in aduenien/
tem post eum ut crederet hoc est in iesum in remis/
sionem peccatorum. His auditis baptizati sunt in no/
mine domini nostri iesu christi. Et cum imposuis/
set illis manus Paulus continuo cecidit spūssanctus
supereos. Si ergo baptizati sunt uero & legitimo ec/
clesiæ baptismate: & ita postea spiritūsanctū cōsecuti
sunt: & tu apostolorum sequere auctoritatem: & ba/
ptiza eos qui christi non habent baptisma & poteris
inuocare spiritūsanctū. LVCI. dixit Qui dormientes G
siciunt auide fauces fluminibus ingurgitāt. Et quanto
plus hauserunt: tanto plus sitiunt ita mihi & tu uide/
ris aduersus quæstiūculaz quā ꝓposui hinc atq̄ illinc
argumēta quæsisse: & nihilominus eandē quæstionez
uis perseuerare an nescis & iam ecclesiarum hunc esse
morem ut baptizatis postea manus imponat: & ita ī
uocetur spiritussanctus. exigis ubi scriptū sit in actib⁹
apostoloꝝ etiā si scripturæ auctoritas non subesset to
tius orbis in hac parte consensus instar præcepti obti
net. Nam & multa alia quæ per traditionem in eccle
siis obseruātur auctoritatem sibi scriptæ legis usurpa
uerunt uelut in lauacro ter caput mergitare. deinde
egressos lactis & mellis prægustare concordiam ad/
infantiæ significationem die dominico & per omnez

penthecostē. nec de geniculis adorare: & ieiuniū sol/
uere: multaq; alia quæ scripta nō sunt: rationis sibi ob
seruatio uēdicabit. Ex quo animaduertis nos eccleſiæ
cōsuetudinem sequi: licet ante aduocationē spūs con
stet aliquem baptizatum. ORTHO. Non quidem ab
nec ~~uno~~ hanc esse ecclesiarum consuetudinem: ut ad eos
qui longe in maioribus urbibus per pſbyteros & dia/
conos baptizati sunt: eps ad inuocationem sanctiſpi/
ritus manum impositurus excurrat: quale est ut leges
ecclesiæ ad hæresim transferas: & uirginis tuæ integri
tatem p meretricum lupanaria spurcari patiaris. Eps
si imponit manum: eis iponit qui in recta fide bapti/
zati sunt: qui & in patre & filio & spūsancto tres pſo/
nas: unam substātiam crediderūt. Arrianus uero cum
aliud nihil crediderit (claudite quæso aures qui audi/
turi estis: ne tantæ impietatis uocibus polluamini) ni
si in patre solo uero deo & in iesu xpo saluatore crea/
tura: & in spūsancto utriusq; seruo: quō spūsanctum
ab ecclesia recipiet qui necdum remissionem peccato
rum cōsecutus est? Spūs quippe sanctus nō nisi in mū
dam sedem incedit: nec habitator eius templi efficit:
cuius antistes non habet ueram fidem. Quod si obloq
queris: quare in ecclesia baptizatus nisi per manꝰ epi
non accipiat spūsanctum: quem nos asserimus in ue
ro baptismate tribui: disce hanc obseruationem ex ea
auctoritate descendere: quod post ascensum dñi spiri
tus sanctus ad apostolos descēdit. Et multa in locis id
esse tū factum repperimus ad honorem potius sacer/
dotii q̄ ad legis necessitatem. Alioquin si epi tū imp/
catione spūs sanctus defluit: lugendi sunt qui in uillu/
lis aut in castellis aut in remotioribus locis per pſby/
teros & diaconos baptizati ante dormierūt: q̄ ab epis
iuiserent. Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignita
te ac ueneratione cōsistit: cui si nō exors quædā & ab
oiboꝰ eminēs det potestas tot i ecclesiis efficient chris
mata quot sacerdotes. Inde ideo uenit: ut sine chris/
mate & epi iussiōe neq; pſbyter neq; diaconus ius ha/
beat baptizandi. Quod frequenter (si tū necessitas co
git) scimus licere laicis. Vt em̄ accipiat quis: ita & da/
re pōt nisi forte eunuchꝰ a Philippo diacono sine spi
ritusancto baptizatus fuisse credendus est. de quo scri
ptura hoc loquit. Et descēderunt ambo in aquam: &
baptizauit eū Philippus. Et cum abscederent ab aqua
spūssanctus uenit in eunuchum. Si autem illud obii/
ciendum putas: quia cum audissent apostoli qui erāt
hierosolymis. quia recepisset samaria uerbum dei mi/
serūt ad eos Petrum & Iohānē: q cuꝫ uenissent ad eos
orauerunt p eis: ut acciperēt spūsanctum: nōduꝫ em̄
deciderat super ullum illorum. Cur ita factū sit in cō/
sequentibus disce. Ipe em̄ ait. Sed solū baptizati erāt
in noīe dñi iesu. Tunc imponebant illis manus: & ac
cipiebant spūsanctum. Hoc loco si & tu similiter te fa
cere dicis: quia hæretici nō baptizauerunt in spūsan/
cto: scias Philippum ab apostolis non fuisse baptiza/
tum: indiuisam eandem habuisse ecclesiam: eundē do
minum iesum xpm p̄dicasse: diaconum fuisse eorum:
qui postea manus imposuerūt. Tu uero cum apud ar
rianum non ecclesiam dicas esse: sed synagogaꝫ: nec
clericos dei: sed creaturæ & idolorum cultores: quo/
modo in dispari causa eandem asseris rationem te te/
nere? LVCI. Valenter quidem & fixo gradu me tibi in
faciem dimicantem repellis: sed post tergum cæderis
& nuda a spiculis dorsa nō ptegis. Esto quippe apud
Arrianos ne baptisma esse quideꝫ: & ideo spūsanctū
ab eis non posse dari: quia necdum remissionem pec/
catorum acccperūt: totum hoc uictoriæ meæ p̄ficit: &
argumentorum tuorum palæstra mihi palmam uicto
riæ sudat. Arrianus baptisma nō habet: & quomodo
sacerdotium habet? Laicus apud eos non est: & quo/
modo epus esse potest? Mihi recipere mendicum non
licet: tu recipis regeꝫ. Vos hosti castra traditis: & a no
bis p̄fuga reiiciendus est. OR. Si priorum meminisses H
iam scires tibi fuisse responsum: sed dum amorem cō/
tradicendi sequeris a questionum lineis excidisti mo
re quorūdam loquacium potius q̄ facūdorum: qui cū N Disputare alii
disputare nesciūt: tamen litigare non desinunt. Ego a litigare.
em̄ nō tam in p̄senti arrianos uel improbo uel defen/
do: q̄ illam cursus mei metam circūeo: eadem ratione
a nobis epm recipi: qua laicus a nobis recipit. Si errā
ti concedis ueniam: & ego ignosco pœnitenti: si in fi/
de sua baptizatum baptizans nocere nō potuit: & in
fide sua sacerdotem constitutum constituens non in/
quinauit. Subtilis est hæresis & ideo simplices animæ N hæresis subtil
facile decipiuntur. Deceptio tam laici q̄ epi commu/ decipit simplic
nis est. At episcopus errare non potuit: reuera de Pla incautos
tonis & Aristophanis sinu in episcopatum eliguntur
Quotus est qui non apprime in his eruditus sit? Deni
q; ex litteratis quicunq; hodie ordinantur: id habent N
curæ: non quomodo scripturarum medullas ebibant
sed quomodo aures populi declamatorum floſculis
demulceant. Accedit ad hoc q; arriana hæresis magis hæresis arriana
cum sapientia sæculi facit: & argumentationuꝫ riuos sapiēta seculi e
de Aristotelis fontibus mutuatur. Igitur paruulorum argūs arij.
inter se certantium ritu quid dixeris dicam: affirma/
bis: affirmabo negabis negabo. Arrianus baptizat: er
go episcopus est: non baptizet tu refuta laicum: &

ego nō recipio ſacerdotē. Sequar te quocūq; ieris: aut pariter in luto hæſitabimus: aut pariter expediemur.
LV. Sed laico ideo ignoſcendū eſt: qa eccleſiā dei putans ſimplr acceſſit: & iuxta fidē ſuā credēs baptizat9
I eſt. OR. Nouā rem aſſeris ut xp̄ianus q̄ſq̄ factus ſit ab eo q nō fuit xp̄ianus. Accedēs arrianus in qua fide baptizatus eſt? Nempe in ea quā habebāt arriani: aut ſi iā ip̄e bene credebat: & ſciēs ab hæreticis baptizat9 eſt erroris ueniā nō mereť. Verū hoc pœnitus abſurdu3 eſt: ut diſcipulus ad magiſtrū uadēs ante ſit artifex q̄ doceať. At mō ab idolo9 ueneratiōe conuerſus noue rit xp̄3 meli9 q̄ ille q doceat. At dicis ſimplr i patre & filio & ſpūſctō credidit: & ideo baptiſma cōſecut9 eſt Quæ eſt iſta quæſo ſimplicitas: neſcire qd credas: ſimpliciter credidit. Quid credidit? certe aut tria noia audiens tres deos credidit: & idolatra effectus eſt: aut in tribus uocabulis trinomini credēs i Sabellii hæreſim incurrit. Aut edoctus ab arrianis unū eſſe uerū deum patrē filiū & ſpm̄ſctm̄ credidit creaturas: aut extra hoc qd credere potuerit neſcio: niſi forte hō iā edoctus in capitolio homouſion didicerit trinitatē ſciebat patrē filium & ſpm̄ſctm̄: nō natura: ſed perſonis eſſe diuiſos. Sciebat & filii nomē in patre: & patris nomē in filio. Ridicula penitus aſſertio ante de fide diſputare q̄ credere ante myſteriū ſcire q̄ initiat9 ſit. Aliter de deo ſentire baptizātē: & aliter baptizatū. Præterea cum ſolenne ſit in lauacro poſt trinitatis cōfeſſionē interrogare credis in ſanctā eccleſiā? credis in remiſſionē peccatorū? In quā eccleſiā credidiſſe eū dicis? in arriano/rū: ſed nō habent. In noſtrā? ſed extra hāc baptizatus nō potuit in eā credere quā neſciuit. LVCI. Quonia3 ad omnia argumētaris & emiſſa a nobis ſpicula ſcuto orationis eludis unā haſtā iaciā: quæ umbonem teg/minis tui: & uerba crepitātia ui ſua penetret: nec diu/tius patiar fortitudinē arte ſuperari. Laicus etiam ex/tra eccleſiæ fidē baptizatus pœnitēs recipiť. Ep̄us ue/ro aut pœnitētia3 non aget & ſacerdos ē: aut ſi pœnitentiam egerit: eſſe epiſcopus deſinit. Quamobrem recte nos laicum ſuſcipimus pœnitentē & ep̄m ſi in ſacerdotio perſeuerare uult repudiamus. OR. Sagitta quæ cōtento neruo dirigiť difficile uitať. Ante em̄ ad eum ad quē iacta eſt puenit: q̄ obice clypei fruſtretur. Ecōtrario tuæ ꝓpoſitioni quia ſine ferri acumine mittunť: hoſtē nō ualent ꝓforare. Hāc igiť haſtam qua3 totis uiribus miſiſti: de qua nobis minitaris: ut aiunt uno digitulo repellā. Neq; em̄ hoc modo quæriť an eps pœnitens eſſe non poſſit: ſed an hæreticus baptiſma habeat: qui ſi ut conſtat baptiſma nō habet: quomodo poteſt eſſe pœnitēs: anteq̄ chriſtianus? Proba mihi ab Arrianis ueniētē laicum habere baptiſmum: & tunc ei pœnitentiam nō denegabo. Si uero chriſtianus nō eſt ſi nō habuit ſacerdotem qui eū faceret chriſtianum: quomodo aget pœnitētiam homo qui nec/dum credit? LVCI. Oro te ut philoſophoru3 argumē N
tatione depoſita xp̄iana mecum ſimplicitate loqua/ris. Si tamē non dialecticos ſequeris: ſed piſcatores: æquum ne tibi uideť: ut arrianus eps ſit? OR. Tu eu3 ep̄m ꝓbas quia ab eo recipis baptizatum: & in hoc re/præhendēdus es: quare a nobis parietibus ſepararis: cum in fide & in arrianorum nobiſcum receptōe conſentias. LVCI. Iā ſuperius rogaui: ut nō philoſophice: ſed xp̄iane mecū loquaris. OR. Diſcere uis an cō/tendis. LVCI. Vtiq; contendo: quia facti tui a te quæro rationem. OR. Si contendis iam tibi reſpōſum eſt Eadem em̄ ratione ep̄m ab Arrianis recipio: qua tu recipis baptizatum. Si diſcere cupis: in meam aciem trāſgredere. Aduerſarius em̄ uincitur diſcipulus docetur
LV. Non poſſum ante eſſe diſcipulus q̄ magiſtru3 audiam prædicantem. OR. Quoniam tergiuerſaris: & ſic uis a me doceri: ut aduerſarium in tergo habeam: tuo animo te docebo Conſentimus in fide cōſentim9 in hæreticis recipiēdis cōſentiamus etiā in conuentu.
LV. Hoc nō ē docere ſ3 argumētari. OR. Quia tu pa/cem cū ſcuto petis: & nos oliuæ ramū gladio iſerimus
LV. En tollo manus cedo uiciſti. Verū cum arma deponā ſacramēti in quo me iurare cōpellis quæro ratio nē. OR. Gratulor interi tibi & Chriſto deo meo gratias ago: quia animo bono a falſitatis ardore ad totius cibi te ſapoē cōtuliſti nec dicis more quorūdā. Saluū me fac dn̄e quoniā defecit in me ſpiritus quorum uox impia crucē Chriſti euacuat dei filiū ſubiugat diabolo & illā cōploratione quæ a dn̄o de pc̄ōribus ꝓlata eſt nō de uniuerſis hoibus dictam intelligit. Quæ utilitas in ſanguine meo dum deſcendo in corruptione3? Sed abſit ut fruſtra deus mortuus ſit. Alligatus eſt fortis: & uaſa eius direpta ſunt. Allocutio patris ipleta eſt Poſtula a me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā & poſſeſſionē tuā terminos terræ. Apparuerūt fontes aquarū: & reuelata ſunt fūdamēta orbis terrarum: In ſole poſuit tabernaculum ſuum nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius. De eo plenus pſalmiſta canit Inimici defecerunt frameæ in finē: & ciuitates eorū deſtruxiſti. Et ubi quæ ſo iſti ſunt nimiū religioſi: imo nimiū ꝓphani qui plures ſynagogas aſſerunt eſſe c̄p̄ eccleſias? quō deſtructæ ſunt diaboli ciuitates & in fine hoc eſt in ſæculorū cō/ſummatiōe idola corruerūt? Si eccleſiam per totum or

ps. 29.

ps. 21.

ps. 16.

multa in his subtilitas. et sahi manifesta veritas. sed capienda.

error Cuaiferia morū.

subtilis instantia.

bē nō habet chriſtus: & in ſardinia tm̄ habet: nimium pauper factus eſt. Et ſi britānias gallias orlitē indorū populos barbaras nationes: & totum ſimul mundū poſſidet ſathanas quomodo ad angulū uniuerſæ terræ crucis trophea collocata ſunt? Nimirum aduerſarius potens cōceſſit xp̄o hiberniam & celtiberos liuidos homines: æthiopumq; puinciā dignatus eſt poſſidere. Quod ſi de illa quæ in euāgelio ſcripta eſt: ſibi ſantentia blandiūtur: putas ne cum uenerit filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Sciant illā fidem nominari: quā ip̄e dn̄s aiebat. Fides tua te ſaluam fecit. Et alibi de Centurione. Non inueni tātam fidē in iſr̄l. Et rurſus ad ap̄los. Quid timidi eſtis modicæ fidei Necnō & in alio loco. Si habueritis fidē ſicut granū ſynapis: dicetis huic mōti trāſmigra: & trāſmigrabit. Neq; em̄ cēturio aut illa muliercula q̄ p duodecim annos fluxu ſanguinis tabeſcebat: in trinitatis ſacramēta crediderat: quæ poſt reſurrectionem xp̄i apoſtolis manifeſtata ſunt: ut merito fides horū quæ in myſterio eſt laudaret. Sed ſimplicitas mētis & deuota deo ſuo anima approbata eſt. Dicebat em̄ in corde ſuo. ſi tetigero ueſtimentum eius tm̄: ſalua fiā. Hæc eſt fides: quam raro inuentam deus pnunciauit. Hæc eſt fides quæ etiā apud eos qui bene credūt: difficile perfecta inuenit. Fiat tibi inquit deus ſcd'm fidem tuam: hanc ego fidem audire uolo. Si em̄ ſcd'm fidē meam fiat mihi peribo. Et certe credo in deum patrē credo in deū filium: & credo in deū ſpm̄ ſanctum. Credo in unum deū: & tm̄ ſcd'm meā fidem nolo mihi fieri. Sæpe quippe uenit inimicus homo: & inter dn̄icam meſſem zizania iterſerit. Neq; hoc dico q; maius quicq̄ ſit q̄ ſacramenti fides q̄ puritas animæ: ſed indubitatæ ad deū fides arduæ reperiunt. Verbi gratia (dictum ſit: ut qd' uolumus ſpicuum fiat) ad orationem aſſiſto nō orem ſi nō crederem: ſed ſi uere crederē illud cor quo deus uidet mūdarem manibus tūderē pectus genas lachrymis rigarem: corde molleſcerem corpore ihor reſcerem ore pallerem iacerem ad dn̄i mei pedes eoſq; fletu p̄funderem crine tergerem hærerem certe trū co crucis: nec prius amittere ſ q̄ miam impetrarē. Nūc uero creberrime in oratiōe mea: aut p porticus deābulo: aut de fœnore computo: aut adductus turpi cogitatiōe etiā quæ dictu erubeſcenda ſunt gero. Vbi eſt fides? ſiccine putamꝰ oraſſe ionā ſic tres pueros: ſic Danielē inter leones: ſed certe latronem in cruce? Et hæc ego exempli cā ad intelligētiā ſenſus ptuli. Cæterum cōueniat unuſq;q; cor ſuū & in oī uita inueniet q̄ raꝛ ſit fidelē aīam inuenire: ut nihil ob gloriæ cupiditatē nihil ob rumuſculos hoīs faciāt. Neq; em̄ ſtatiꝫ q̄ ieiunat deo ieiunat: aut extendēs pauperi manū deo fœnerat. Vicina ſunt uitia uirtutibꝰ. Difficile eſt deo tm̄ iudice eſſe conuentū. LVCI. Præueniſti interrogationē meā: hāc em̄ ſcripturā mihi in ultimo reſeruabam. Et fere oēs noſtri: imo iā nō mei: hoc quaſi ariete i diſceptatiōibus utūtur quē cōfractum ac cōminutū uehemēter gaudeo. ſed quæſo te ut mihi oēm cām quare ab arrianis ueniētes eccleſia nō recipiat. non quaſi aduerſario ſed diſcipulo explices. Nā cū tibi uerbo reſpōdere nō poſſim aio tm̄ necdū aſſentio. OR. Sub rege Cōſtātino euſebio & hippatio cognomine unitatis & fidei i fidelitas nō agnoſcebat. Nā illo in tpe nihil tā piū: nihil tā cōueniēs ſeruo dei uidebat q̄ unitatē ſequi & totius mūdi cōionē nō ſcindi. Præſertim cū ſuperficies expoſitiōis nihil ſacrilegū pferret credimus aiebāt in unū deū patrē oīpotētē. hoc etiā nos cōfitemur Credimus in unigenitū dei filiū q̄ ante oīa ſæcula: & ante omne principiū natus eſt ex deo. Natū aūt unigenitū ſolū ex deo patre: deū ex deo: ſimilē genitori ſuo patri ſcd'm ſcripturas cuius natiuitatē nullus nouit niſi q̄ ſolus eū genuit pater. Nunqd hic inſertuꝫ eſt: erat tp̄s qñ nō erat? Vel de nullis extātibus creatura eſt filius dei? Perfecta fides eſt: deū de deo credere: & natū aiebāt unigenitū ſolū: ex ſolo patre quidē natū nō factū natiuitas ſuſpitionē auferebat creaturæ. Aiebāt p̄terea q̄ de cœlo deſcēdit: conceptus eſt de ſpū ſancto: natus ex maria uirgine: crucifixus a pōtio pilato: tertia die reſurrexit: ſedet a dexterā dei patris: uenturus iudicare uiuos & mortuos. Sonabāt uerba pietatis: & inter tāti mella p̄conii: nemo uenenū inſertū putabat De uſiæ uero noīe abiiciēdo: ueriſimilis ratio p̄bebat. Quia in ſcripturis aiebāt nō iueniꝫ: & multos ſimpliciores nobilitate ſua ſcādalizabāt placuit auferri: nō erat curæ ep̄o de uocabulo: cū ſenſus eſſet in tuto. De niq; ip̄o in tpe cū fraudē fuiſſe in expoſitiōe rumor populi nūciaret. Valēs mir ſenſis ep̄s: q ea cōſcripſerat p̄ ſente Tauro p̄torii p̄fecto: q ex iuſſu regis ſynodo adeſſet pfeſſus eſt ſe Arrianū nō eſſe: & penitꝰ ab eoꝛ blaſphemiis abhorrere: res ſecrete geſta opinionem uulgi nō extinxerat. Itaq; alia die i eccleſia: quæ apud ad arianū & ep̄oꝛ ſimul & laicoꝛ turbis cōcurrētibus. Mizonius ep̄s puinciæ byzātinæ cui primæ ab oībus deferebant: ita locutꝰ eſt ea q̄ ſunt iactata p publicū & ad nos uſq; plata aliquē a nobis ſanctitati ueſtræ legere p̄cipimus: ut q̄ ſunt mala & ab auribus & a corde noſtro abhorrere debent omniū una uoce dānent. Reſpōſum eſt ab uniuerſis ep̄is: placet. Itaq; cū claudius

L hiſtoria de fraude in confeſſione arriana, occulta e detecta

eps ꝓuinciæ Piceni ex ꝑcepto omnium blaſphemias quæ ferebant legere cœpiſſet. Valens ſuas eſſe negãs exclamauit: & dixit. Si qs negat xp̃m deum dei filium ante ſæcula ex patre genitum anathema ſit. Si qs negat filium ſimilem patri ſcd̃m ſcripturas: anathema ſit. Ab uniuerſis cõſonatum eſt: anathema ſit. Si qs filium dei nõ dixerit æternum cum patre: anathema ſit ab uniuerſis cõclamatum eſt: anathema ſit. Si quis dixerit creatum filium dei: ut ſunt creatæ creaturæ: anathema ſit: ſimiliter dictum eſt anathema ſit. Si quis dixerit de nõnullis extãtibus filium & nõ de deo patre: anathema ſit. Oẽs clamauerũt anathema ſit. Si quis dixerit erat tp̃s quando non erat filius anathema ſit. In hoc uero cuncti epi & tota ſimul eccleſia & plauſu quodam & tripudio Valentis uocẽ ſuſceperũt. Quod ſi qs a nobis fictum putat ſcrinia publica ſcrutet. Plenæ ſunt certe eccleſiarum arcæ: & recens adhuc memoria eſt. Superſunt hoies: qui illi ſynodo interfuerunt: & q ueritatẽ firmẽt. Ipſi arriani hæc ita ut diximus geſta non denegant. Cum ergo cuncti Valentem ad cœlum laudibus tolerẽt: & ſuam in eum ſuſpitionẽ pœnitẽtia dãnarent. idem Claudius qui ſupra legere cœperat ait. Adhuc ſunt aliqua quæ ſuperfugerunt dñm & fratrem meum Valẽtem: quæ ſi uobis uidet ne quis ſcrupulus remaneat in commune dãnemus Si qs dixerit filium dei eſſe ſiqdẽ ante omnia ſæcula: ſed non ante omnino omne tempus. ut ei aliquid auferat anathema ſit. Dixerũt cũcti anathema ſit. Multaq; alia q̃ ſuſpitioſa uidebãtur ad ꝓnunciationẽ Claudii Valẽs condemnauit. Quæ ſi quis plenius dicere cupit in Ariminen. ſynodi actis reperiet. Vnde & nos iſta p̃libauimus. His itaq; geſtis cõcilium ſoluit. læti hoies ad ꝓuinciã reuertunt. Id em̃ regi & bonis oĩbus curæ fuerat. ut oriens atq; occidẽs canonis ſibi uínculo necterent: ſed diu ſcelera nõ latent. & cicatrix male obducta in corpore dirumpit. Cœperũt poſtea Valẽs & urſarius cæteriq; nequitiæ eorum ſocii. egregii uidelicet xp̃i ſacerdotes palmas ſuas iactitare. dicẽtes ſe filium nõ creaturã negaſſe ſed ſimilẽ cæteris creaturis. Tunc uſiæ nomẽ aboletum eſt tunc nicenæ fidei damnatio cõclamata eſt. ingemuit totus orbis & Arrianus ſe eẽ miratus eſt. Igit alii intra ſuã communionẽ remanere alii ad eos cõfeſſores qui ſub noĩe Athanaſii exulabãt cœperũt litteras mittere nõnulli iſtã ſocietatẽ meliorum diſpoſitione plãxerunt. Pauci uero (ut ſe natũra hoim h3) errorem ꝓ cõſilio defenſauere. Periclitabat nauicula apl̃oꝝ. urgebãt uẽti fluctib9 latera tũdebant nihil iã ſupererat ſpei dñs ſuſcitet imperat tẽ peſtati beſtia morit tranqllitas rediit. Manifeſti9 dicam. Omnes epi qui de ꝓpriis ſedibus fuerant exterminati plindulgentiam noui principis ad eccleſias redeũt. Tunc triumphatorem ſuum Athanaſium ægyptus excepit tunc Hilarium de p̃lio reuertentem galliarum eccleſia complexata eſt. tunc ad reditum Euſebii lugubres ueſtes italia mutauit. Cõcurrebãt epi qui ariminenſibus dolis irretiti ſine cõſcientia hæretici ſe rebãtur conteſtãtes corpus dñi & quicquid in eccleſia ſanctum eſt. nihil mali in ſua fide ſuſpicatos. Putauimus aiebant ſenſum congruere cum uerbis nec in eccleſiis ubi ſimplicitas ubi pura cõfeſſio eſt aliud i corde clauſum eſſe. aliud in labiis ꝓferri timuimus. Decepit nos bona de malis exiſtimatio. Non ſumus arbitrati ſacerdotes xp̃i aduerſus xp̃m pugnare. Multaq; alia quæ breuitatis ſtudio ꝑtereo flentes aſſerebãt parati & ſubſcriptionem priſtinã & oẽs Arrianoꝝ blaſphemias cõdẽnare. Hoc loco interrogo iſtos nimium religioſos qd de cõfeſſoribus agẽdũ putauerint. Depoſitis ingent ueteribus epis nouos ordinaſſe tentatũ eſt. Sed quotus qſq; bene ſibi cõſcius patit ſe deponi? Præſertim cũ oẽs populi ſacerdotes ſuos diligẽtes pene ad lapides & ad interemptionẽ deponẽtiũ eos cõuolauerit mãſiſſent aiũt intra ſuã cõmunionẽ. hoc eſt dicere irrationabili crudelitate orbẽ totũ diabolo cõdẽnaſſent. Cur dãnaſſent eoſ arriani nõ erãt? Cur eccleſiã ſcinderẽt i cõcordia fidei pmanẽtẽ? Curq; idẽ credẽtes bene obſtinatõe ſua facerẽt Arrianos? Nam cũ in ſynodo nicena quæ ꝓpter arrianã pfidiã cõgregata eſt octo epos arrianos ſuſceptos ſciamus. & eps iã in mũdo nullus ſit niſi quos ſynodus illa ordinauit quõ potuerũt aduerſum eos facere. ꝓpter quos exiliũ ſuſtinuerũt. LV. dixit. Ad id tãdẽ ueniſti ut tũc receptí ſint Arriani qnã quæſo? OR. dixit. Euſebi9 ep̃us Nicodemen. Theogonus eps nicenus. Sacra ſtunc p̃ſbyter libyæ. Euſebius cæſareæ paleſtinæ & reliq quos enumerare longum eſt. Ipe quoq; caput hoꝝ & cauſa malorum Arrius p̃ſbyter & Coronius diaconus qui poſtea ſub Theodoſio Anthiocenus eps fuit & achelas lector. hi quippe tres Alexandrinæ eccleſiæ clerici auctores huius hæreſeos extiterunt. LV. dixit. Quiſ piã eos negans fuiſſe ſuſceptos quõ reuincet? OR. dixit. Supſunt adhuc homines qui illi ſynodo interfuerunt. Et ſi hoc parum eſt. quia propter temporis antiquitatem rari admodum ſunt. & in omni loco teſtes adeſſe nõ poſſunt legamus acta & nomina epiſcoporum ſynodi Nicenæ. & hos quos ſupra diximus fuiſſe ſuſceptos ſcripſiſſe omouſion inter cæteros reperie/

de ariminenſi falſa ſynodo

M

v. q ſubtile vanenũ hæreticorũ.

Oſia nomen q ſapienter inuentũ eſt q̃rium ad cludendũ arrianã hæreſim?

in q̃to periculo ſibi viſa eſt eccleſia ex ariminenſi? Reſipiſcentia patrũ ibi ſeductorum.

ubi supra cia quæ radix est oim malorum? Si inquit offers donū
tuum ad altare: & ibi fueris recordatus qa frater tuus
habet aliquid aduersus te: dimitte ibi donū tuu3 ante
altare: & uade primū reconciliari fratri tuo & tunc ue
niens offeres munus tuum. Meæ est potestatis ut non
habeam aliquid cõtra fratrem meū. Vt aūt ille aduer
sus me habeat aut non habeat in illius uolūtate consi
stit. Quid ergo faciam si recõciliari noluerit? Obsecrē
flectam genua: sed audire cõtemnet. an obtorto collo
nolentem in ius amicitiæ traham? Et quæ est maior
inimicitia q̃ amicitias necessitate sociare. Neq; em̃ di/
xit: roga eū ut tibi concilieť sed recõciliari primū fra/
tri tuo: & sic offeres munus tuū ad altare. Nõ q̃ impos
sibilia deus p̃cepit sed in tm̃ patientiæ culmē ascendit
ut prope impossibilia ꝓ difficultate nimia p̃cepisse ui/
deať ad destruendā sententiam tuam qua scribis fæci
lia esse dei mādata. Scandalizantē manū: oculū & pe
dem iubemur abscindere. Esto p tropologiā dictu3 sit
ꝓ amicissimis: & p cõsanguineis: & fraterno nobis uel
coniugali amore sociatis: facile ne arbitramur ob q̃s/
da3 offensas tantā subito abscindere charitatē. Quod
q̃ dicit. Sit sermo uester: est est: non nõ. Quid aūt am/
plius est: ex malo est forsitan de uestra schola reperia
tur q nunq̃ mētitus sit nec audierit illud ꝓpheticū &
apostolicū: Ego dixi in excessu mentis meæ oís homo ps.115.
mendax. Et nesciat scriptū in alio loco. Os qd' mētit Sap.1.
occidit aiam. Verberāti maxillā alterā iubemur oppo
nere. Tollenti tunicā etiā pallium cõcedendum est.
Angarianti se mille passibus: duobus milibus colla
præbenda sunt. Petenti te da: & uolenti a te accipere
mutuum: ne aduertaris. Si duos numulos habuero & K
alius poposcerit aut dabo ipsi: & mihi mendicandum
erit aut si nõ dedero transgressor legis inueniar. illud
autē quod dicit. Diligite inimicos uastros benefacite
his qui oderūt uos & orate ꝓ persequētibus & calum/
niantibus uos. Forsitā in uestro cœtu inuenitur apud
uos rara auis est. Qui pctā simpliciter confitentur me/
rentur humilitate clæmentiam saluatoris. Quodq;
sequitur. Cauete ne iusticiam hoc est ælemosynam ue
stram faciatis coram hominibus ut uideamini ab eis.
Nescio quis possit implere. Ad largiendū frustū panis
& binos numulos præco conducitur: & extendentes
manum huc illucq; circunspicimus: quæ si nullus ui/
derit: contractior fit. Esto unus de mille inueniatur:
qui ista non faciat. Responde quæso ubi sunt facilia
mandata? Molite inquit solliciti esse de crastino. Cra Mat.6.
stinus em̃ dies sollicit9 erit pro se. Sufficit diei malicia
sua. Vos de crastino non cogitatis: & istar auium præ
sentibus cõtenti estis quoꝝ æplæ biblinæ uolitant trās
flumina æthiopiæ ut inter simias & pauos noua deo/
phir Salomoni dona mittant. Vis audire facilitatē p
ceptoꝝ dei? ausculta qd' dicit. Quā arta uia & angusta Mat.7.
est q̃ ducit ad uitā & pauci sunt q inueniūt eam. Non
dixit q gradiunt p eā hoc ei difficillimū ē s3 q inueniūt.
Pauci enim inueniunt: & multo pauciores ingrediun
tur per eam. Filius inquit hominis nõ habet ubi caput Luc.9.
suum reclinet q dicit in Esaia. Suscipite lassu3: & hæc Esa.28.
est reqes mea. Si nõ habet ubi caput suū reclinet & quo



Esa.66. requieſcit? dicens in alio loco. Sup quē requieſcā niſi ſup humilē: & quietū: & tremētē uerba mea: ubi ē mā/
Mat.9. dator facilitas? Multi hoc qd' ſcriptū eſt. Nō ueni uo care iuſtos: ſed pctōres ad pœnitētiā ſimplr accipiūt iuxta illū ſenſum. Nō indigēt ſani medico: ſed hi qui male habēt. Alii uero interptant' coacti 9. Nō ueni uo care iuſtos nullus em̄ ad pfectum iuſtus eſt ſed ex aliq̄ parte peccator. Sed peccatores qbus mundus refertus
p̄s.11. eſt: dicente Dauid. Saluū me fac dn̄e: qm̄ defecit ſan/ctus: & corrupti ſunt: & abominabiles facti ſunt in ad inuētionibus ſuis. Omnes declinauerūt ſimul inuti/les facti ſūt: nō eſt qui faciat bonū: nō eſt uſq; ad unū
Mat.10. Nolite inqt poſſidere aurū neq; argentū neq; pecuniā in zonis ueſtris nō perā in uia nō panē: neq; duas tu/nicas neq; calciamēta neq; uirgā. Hæc inquies p̄cepta apoſtolica ſunt. Et certe petrus apl'us caligas habuiſſe
Act.12. narrat' dicēte ad eū angelo. Precinge te & calcia te ca ligis tuis: duas aūt tunicas: ut de cæteris taceā puto q; & ego & tu poſſideamus: ſi tñ amplius non habemus hæc dico. Et iterū: iterūq; ac p ſingula ígerā. Vt erube
Mat.10. ſcas ad ſniam ſuā: facilia eſſe dei mādata. Fratrem tra det frater in mortē: & pater filiū cōſurgētq; filii cōtra parētes: & interficiēt eos: & eritis inqt odio cūctis ho minibus ꝓpter nomē meū. Et qa facilia iuſſerat & ſcie bat facile ea poſſe cōpleri ꝓpterea ut rei facilitatē oſtē
ubi ſupra deret copulauit dicēs. Qui pſeuerauerit uſq; in finem hic ſaluus erit. Nō ueni inqt pacē mittere ſup terram: ſed gladiū ueni diuidere hoiez cōtra patrē ſuū & filiā
L contra matrem: & nurum cōtra ſocrum. Et ne omnia pcurrendo lōgiorem ſentētiam faceret uno cūcta ſer mone comp̄hēdit dicēs. Inimici hois domeſtici eius. Cūq; poſuiſſet. Qui amat patrē aut matrē ſup me non eſt me dignus. Et qui amat filiū aut filiā ſuper me: nō eſt me dignus. Crux x̄pi facilis eſt. Nudū poſt x̄pm p/gere ludus eſt: iocus eſt. Et ubi p̄mia quæ difficultate ſuperata quærunt'. Nō colligunt' zizania in p̄ſenti ſæ culo: ne & frumētū pariter eradicet': palea dn̄ica futu ro iudicio reſeruat' quādo iuſti fulgebūt quaſi ſol. Et egredient' angeli & ſeparabūt malos de medio iuſto/
Mat.14. rum. Petrus mergitur & meretur audire. Modice fidei
Mat.15. quare dubitaſti? Si in illo modica fides: í quo magna ſit neſcio. De corde inquit egrediunt' cogitatiōes peſ/ſimæ homicidia adulteria fornicatiōes furta falſa te/ſtimonia blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coinquinant ho mines ꝓcedat qui in corde ſuo hæc nō eſſe teſtetur: & plenā in corpore iſto mortali iuſticiā confitebor. Qui
Mat.16. uult inquit ſaluare aíam ſuam: perdet eam: & qui per diderit animā ſuam ꝓpter me: ſaluam faciet eaz. Hæc ſunt facilia mādata. Iterum dico. Vhe mūdo ab ſcā/dalis: neceſſe ē em̄ ut ueniāt ſcādala. Et ꝓpterea í alio loco ſcriptum eſt. In multis offendimus ſiue erramus omnes: non pauca peccata: ſed multa: nec quorūdaz ſed omnium poſuit. Omnes em̄ quæ ſunt quærunt: & non ea quæ dei ſunt unus bonus deus dicitur: & magi ſtri quaſi hominis bonitas refutatur in lege doctiſſi/mus omnia feciſſe ſe dicit: quamobrez & amatur a do mino. Et tamen plenam iuſticiaz non hz: quia noluit ſubſtantiā ſuā pauperibus erogare. Vñ difficultas diſficultati: immo impoſſibile impoſſibili tunc compara tur: quia nec camelus ingredi poteſt per foramē acus nec diuites peruenire in regna cœlorū. Quis noſtruz non lauat exteriora calicis & parapſidis: & interiora habet nequaq̄ ſordibus inquinata? Quis ſepulchroz extrinſecus dealbatorum poteſt ſimilitudinem decli/nare? Ne & nobis dicat ieſus. Deforis quidem uidemi ni hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate q̄uis & aliis uitiis carere poſſumus. Hy/pocriſeos maculam habere nō poſſe aut paucoruz eſt aut nullorum. Pater (inquit) ſi poſſibile eſt tráſeat ca lix iſte a me. Verūtamen non ſicut ego uolo: ſed ſicut tu uis pater. Filius dei q dixit & facta ſunt: mādauit & creata ſunt omnia. Scd'm hoc q; filius hominis dicit': ſentētiā temperat. Pater ſi poſſibile eſt. Verūtamē nō ſicut ego uolo. ſed ſicut tu. Et Critobolus meus addu/cto ſupcilio loquit'. Poteſt homo ſine pcto eſſe ſi uelit Apoſtoli audiūt. Sic non potuiſtis una hora uigilare mecū. Nō dixit. Noluiſtis: ſed non potuiſtis. Apoſto/li mei una hora uigilare nō poſſunt ſomno: mœrore & carnis fragilitate ſuperati: & tu potes longo tempo re omnia pcta ſuperare? Marcus euāgeliſta ſcribit de domino. et non poterat ibi ne unā qdē facere uirtutē niſi paucis egrotantibus manus íponens ſanauit eos & admirabatur ꝓpter incredulitatem eorum. Dñs di/cit' non potuiſſe in nazareth ne unam quidem facere uirtutem: & infidelitatis alienæ ſtupore retinet' & uos poteſtis omne quod uultis. Deniq; in conſequentib9 ſcribit'. Abiit in finibus Tyri & ſidonis: & ígreſſus do mum neminem uolebat ſcire: & latere nō potuit. vere utiq; cupiebat latere: & qd' cupiebat quare facere non poterat. ut aduētu ſuo omniū cōſcientiam declinaret Quæris cauſas cur latere non potuerit? Cogita aſſum pti hoís ueritatem & omni carebis ſcādalo. Si filiꝰ dei aliquid ín carne & ꝓpter carnem non potuiſſe narrat' nos qui toti carnei ſumus & quotidie ſpūs opibus re/pugnamus: cōtra apoſtoli ſniam quæ uolumus cun/cta faciemus? Petrus apl'us tria uult facere in mōte ta/

Mat.18. Iacob.3 Phil.2. Mat.19 Mat.2 Mat.1 p̄s.14 Mat.1 Luc Mar Luc. Luc. Mat.1

bernacula:unũ dño:alteꝝ Moysi:tertiũ Heliæ nesciẽs quid loquaꝫ timore ꝑterritus:& nos pythagoricæ philosophiæ ructamus superbiã de die & hora cõsummationis ultimæ:& ãgelos cœloꝝ & filiũ ignorare ñdit & uos plenam scientiam pollicemini. Carnis infirmitas deo habitatore gaudebat: & tñ mẽsurã fragilitatis suæ excedere non potuit. ut nõ Ꞑωλοκειο id ẽ. putatiue iuxta ueteres hæreticos sed uere dei filius hoĩs filiꝰ credereꝫ. Apostolos parump relinquẽs cecidit in terram
Mat.26 pronus & orabat dicens: Pater si possibile est Cur q̃so sententiã ambigẽter exprimebat q in alio dixerat quæ apud homines ipossibilia apd̃ deũ possibilia sunt? Sꝫ homo passurus hoĩs loquiꝫ uerbis. Ille dicit Si possibile ẽ una hora ꝑtereat Tu dicis possibile ẽ omni tpe peccata uitare. In qbusdã exẽplaribus & maxime in græcis codicibus: iuxta marcũ in fine eiꝰ euãgelii scribitur Postea cũ accubuissent undecim apparuit eis Iesus: & exprobrauit incredulitatẽ & duriciã eorũ quia his qui uiderant eũ resurgentẽ: nõ crediderunt: & illi satisfaciẽbãt dicentes. Sæculũ istud iniqtatis & incredulitatis substãtia est: quæ nõ sinit p immũdos spũs ueram dei apphẽdi uirutẽ iccirco iã nũc reuela iusticiã tuam Cui si contradicitis illud certe renuere non audebitis.
Iaoh.5. Mũdus in maligno positus est: & q dñm suum sathanas tentare ausus sit: & uictus atq cõfusus recesserit: usq ad tps utiq passiõis. Et successor iouiniani audet loqui eos qui plena fide baptisma cõsecuti sunt: non posse tẽtari: immo aliis uerbis posse hoĩem baptizatũ si uoluerit: nequaq̃ ultra peccare. Zacharias iustus au
Luc.1. dit ab angelo. Quia nõ credidisti uerbis meis eris tacens & nõ poteris loq usq in diem natiuitatis eius. Pa
Mat.9. ter Lunatici de apostolis loquiꝫ. Rogaui discipulos tuos: ut eiicerẽt eũ: id est dæmonẽ & nõ potuerunt. Et ipsi discipuli interrogant saluatorẽ. Quare nõ potuimus eiicere illum. Et audiũt cæteri ꝓpter incredulitatem uestrã. Cur quæso? qa oĩa posse dño seruabaꝫ. intrauit rogitatio in apl̃os quis eoꝝ maior esset? Et emẽ dãtur doctrina saluatoris: dũ minimus maior agno
Luc.9. sciꝫ: & humilitas sublimitate mutaꝫ. Nõ recipiꝫ ab urbe samaritanoꝝ quia facies eius erat eũtis Hierusalem iacobus & iohãnes uere filii tonitrui: & zeli ardore feruẽtes. Phinees & Helias igneꝫ de cœlo ducere cupiũt & corripiunꝫ a dño. Qui utiq nõ corriperentꝫ: si absq errore uoluissent. Ibãt cũ illo populi hoc est cũ domi
Luc.14. no: q cõuersus dixit. Si quis uenit ad me: & nõ odit patrẽ suũ: & matrẽ suã & uxorẽ: & filios & fratres: & sorores insup & aĩam suã non põt meus esse discipulus.
N Et in hoc loco temerariis ꝓclamabo. Põt homo si uelit omnia peccata uitare: facilia sunt mãdata eius: qui merentꝫ audire a domino saluatore. Vos estis qui iu/ Luc.16.
stos uos esse dicitis coram hominibus. deus autẽ nouit corda uestra quia quod apud homines excelsum est: abominabile est coraꝫ deo. Impossibile est inquit Luc.17.
ut scãdala non ueniãt puto q ꝑtm̃ scandalum sit qd̃ per scãdalũ uenit. Nisi fallor eꝝ̃ σκολον & σκανδαλον apud græcos ex offensione & ruina nomen accepit ꝓpterea in multis offendimus omnes. Fac ut non corruerim: certe offendi & nõ in uno: sed in pluribus arbitror q in aliquo offendisse ꝑtm̃ sit. Dixerunt domino apostoli. Auge nobis fidem. Qui respondit eis. Si Mat.17.
habueritis fidem quasi granuꝫ sinapis: quod utiq minimum est omnium seminum: & Critobolus meus fidei nobis montibus intumescit. Dicebat autẽ inquit & parabolam illis q semper oportet orare & nũq̃ deficere. Frustra semper oramus: si in nostro arbitrio est facere quod uolumus. Dixerunt apostoli. Et quis po/ Mat.19.
test saluus esse? Audiunt a domino. Quæ impossibilia sunt apud hoĩes possibilia apud deum sunt. Ergo aliqua quæ apud homines impossibilia sunt: certe ea eẽ possibilia ex eo ostenditur q apud deũ possibilia sunt Sit ergo & apud deum possibile: homini si uelit domare impeccantiam non ipsius merito: sed sua clæmentia: & apud homines nequaq̃ possibile liberi arbitrii potestate quod nutu donantis accipitur. Non sufficit apostolis dudum super dignitate quæsisse quis eorum maior esset: sed in ipso necessitatis & passionis articulo scribitur de eis. Facta est contentio inter illos: quis Mat.9.
illorum maior esset. Optimum reuera tempus instante cruce de dignitate contendere. Simon inquit simõ Ecce sathanas expetiuit uos: ut cribraret sicut triticum Luc.22.
Ego autem rogaui pro te: ut non deficeret fides tua. Et certe iuxta uos in apostoli erat positum potestate. Si uoluisset ut non deficeret fides eius qua utiq deficiente peccatum subingreditur. In quibusdam exemplaribus tam græcis q̃ latinis inuenitur scribente Luca. Apparuit illi angelus de cœlo confortans eum: ubi supra
haud dubiũ qn dñm saluatorẽ. Et factus in agonia ꝓlixius orabat factusq est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã. saluator in passione ab angelo cõfortaꝫ: & critobolus meus nõ idiget auxilio habẽs liberi arbitrii ptãtẽ: & tã uehæmẽter orabat: ut guttæ sanguinis exprũperẽt quẽ totũ erat i passiõe futurus. Qui inqt dormitis? surgite & orate: ne itretis i tẽtationẽ. Debuit iuxta uos dicẽ. Quid dormitis? surgite & resistite libeꝝ eꝝ̃ habetis arbitriũ: & semel uob cõcessa a dño ptãte nulliꝰ alteriꝰ indigetis auxilio. si ei hoc feceri

tis nō intrabitis in tētationē. Nō possum ait ego face/
re a memetipo aliquid: sed sicut audio iudico. Arriani
obiiciūt calumniā sed respōdet ecclesia ex psona hois
hæc dici: qui assumptus ē: tu cōtraria loqueris Possum
sine peccato eē si uoluero. Ille nihil potest ex se facere
ut hois indicet ueritatē. Tu potes omnia peccata uita
re ut adhuc in corpore cōstitutus ανπιθεον esse doceas:
Negat fratribus & ꝑpinqs ire se ad xenophegiam. Et
Ioh. 7. postea scriptū est Vt aūt ascēderūt fratres eius tunc &
ipse ascēdit ad solēnitatē nō manifeste ſ3 quasi ī abscō
dito. Iturū se negauit: & fecit qđ prius negauerat. La/
trat Porphyrio incōstātiæ ac mutatōis accusat nesciēs
ubi supra omnia scādala ad carnē eē referēda. Moyses inqt de/
dit uobis legē: & nemo ex uobis facit legē utiqꝫ possibi
lem: neqꝫ em̄ culpa ipetrātis est sed fragilitas audiētis
ut omnis mūdus subditus fiat deo. In euāgelio scd'm
Ioh. 8. Iohannē in multis & græcis & latinis codicibus inue/
niē de adultera muliere: quæ accusata ē apud dn̄m Ac
cusabāt āt & uehemēter urgebāt scribæ & pharisæi iux
ta legē eā lapidare cupiētes. At Iesus inclinans digito
scribebat ī terra: eoꝝ uidelicet q accusabāt: & oīm pec
cata mortaliū scd'm qđ scriptū ē in ꝓpheta. Relinquē
tes autem te super terrā scribanē. Tandē caput eleuās
O dixit eis. Qui sine pcō est uestrum: primus mittat sup
eam lapidem. Hoc diciē sine pcō: græce scriptum est:
αναμαρτητος qui ergo dicit. Aliud esse est sine pcō: &
aliud αναμαρτητον aut græcū sermonē nouo uerbo ex
primat: aut si exp̄ssum est a latinis: ut interp̄tatiōis ue
ritas habet perspicuū est. αναμαρτητον nihil aliud esse
nisi sine pcō & qa accusatores oēs fugiūt (dederat em̄
uerecūdiæ eorum clæmentissimus iudex spacium rece
dendi) rursumqꝫ in terra scribens: terrāqꝫ despiciens:
paulatim discedere: & oculos illius declinare cœpe/
rūr: soluſqꝫ remansit cum muliere: cui lotus est iesus.
Vbi sunt q te accusabāt. Nemo te condemnauit? quæ
ait. Nullus dn̄e. Respondit ei iesus: nec ego te condē/
nabo. Vade & ammodo noli peccare. Præcepit domi
nus ne ulterius peccaret: sicuti & alia similiter in lege
mandauit. Sed utrū ea fecerit nec ne: scriptura nō di/
cit. Omnes inquit qui uenerūt ante me: fures fuerunt
& latrones. Si omnes nullus excipitur. Qui uenerunt
inquit: nō qui missi sunt: de quibus ꝓpheta ait: ipsi ue/
niebāt a se & ego non mittebā eos: quo uerbo solius
xp̄i potentia reseruatur qui ad sua uenerat: & sui eum
Ioh. 17. non receperunt. Dum essem inquit in mundo cuꝫ eis
ergo seruabā eos in noīe tuo: qđ dedi eis & custodiui:
& nullus ex eis periit: nisi unus filius pditiōis. Nō di/
xit. Dedi eis liberi arbitrii potestatē: ut ipsi de suo labo
re saluarēt: sed ego custodiui eos: ego seruaui. Deniqꝫ
infert. Nō peto ut eos auferas de mūdo: sed ut custo/
dias illos a malo. In actibus apostolorum scriptū est:
Inter Paulū & Barnabam ꝓpter iohannē3 qui cogno Actu. 15
minatus est Marcus: ortā dissensionem ita ut separa/
rent̄: & Barnabas Marcū: & Paulus Sylla3 assumerēt
in euāgelii ministerium. Paulus sæuerior ille clemen
tior uterqꝫ in suo sensu abundāt. Et tn̄ dissensio habet
aliquid humanæ fragilitatis. In eodem uolumine le/
gim̄. Trāsierunt phrygiā & gallatiā regionem ꝓhibiti
a spūsancto loq uerbū in Asia: quo maledicto in ipsa
ꝓuincia puto usqꝫ hodie hæreticos qui cōtra spm̄san/
ctum faciūt plurimos repperiri. Cūqꝫ uenissent ait in
Mysiam: tentabāt ire in Bithyniā: sed non dimisit eos
spūs iesu. Nota q ꝓ spūs iesu spūssanctus sit: qui in alio P
loco ꝓpter unitatem substantiæ patris spūs appellat̄
Voluerunt loqui in asia: & ꝓhibent̄ a spūsancto. Tē
tāt ire in bithyniā: & nō eos pmittit spūs iesu. Satis ī/
portune: si eis faciendi uel nō faciendi semel dederat
liberi arbitrii potestatē. Sequit̄. Tēpora inquit igno/
rātiæ respiciens: deus nūc p̄cepit hoibus ubiqꝫ pœnitē Ro.
tiā agere. Significāter p̄terita in lege tempora: tempo
ra ignorātiæ demōstrauit. Rursum ait. Veniā ad uos ps. 3
deo uolēte. Cur interposuit uoluntatē dei. si habebat
sui arbitrii potestatē? Iacobus apostolus. si quis ait ser Iaco. 3
uauerit totā legem offenderit aūt in uno reus est oīm
factus. Quis nostrū in nullo aliquādo peccauit? si aūt
peccauit (qđ negari non p̄ot) & p unū pcm̄ omnium ps. 4
est reus pcōꝝ nō suis uiribus sed dei mīa soluatur. si
quis in uno non peccauit perfectus est uir. si aliquan
do in sermone peccasti ubi est apud te præsumpta p/
fectio? Maxime cum sequat̄. Linguam autem hominū Iac. 3.
nullus potest domare incontinens malum plena ue/
neni mortiferi. Rogo te ut mihi respondeas si lingua
incontinens est malum & plena ueneni mortiferi. &
nullus potest domare linguā mortalium & tanti cri/
minis reus es. Vbi in ꝓpetuuꝫ pcōꝝ fuga. vnde bella ps. 79
& unde rixæ inter uos? Nōne ex noluptatibus quæ mi
litāt in membris uestris? Aut mēbra non habetis hu/
mana aut si homo non potest esse sine membris. Con
fitemini uoluptatem atqꝫ luxuriā in uestris artub9 mi
litare. Dauid qui dixerat confidenter. Proba me dn̄e. ps. 25
& tenta me ure renes meos & cor meum. Quia añ ocu
los meos misericordia tua est & complacui in uerita/
te tua. Et iterum. Ego autem in innocentia mea ingres ubi sup
sus sum. & pes meus stetit in directo: q̄q̄ iudicii uerita
te dei misericordia mitigaret. tamen qa hoc ausus est
dicere relinquit̄ parūper fragilitati suæ & ut uos dici ps. 50

tis arbitrii libertati: & per adulterium lapsus in homi
ps.50. cidiū: postea loquit̃. Miserere meideus scd̃m magnā
miam tuā. Et scd̃m multitudinē miserationū tuaꝝ de
le iniqtates meas. Nec hoc dico quo uirū sanctū accu
sem de quo scriptū est q̄ fecit oēs uolūtates dei. Sed q̄
multis aliis bonis hæc uitia cōpensarit: & saluatus sit
mia dei cui⁹ iudiciū est ī ponderibus: & ad quē Asaph
ps.79. loquit̃. Cibabis nos pane lachrymaꝝ: & potu3 dabis
nob̄ ilachrymis ī mensura. Neq; em̄ iustus est dñs: ut
tm̄ pcā condēnet: & bonoꝝ operū nō meminerit. Vn
ps.29. de & in alio loco idē Dauid canit. Ego dixi in abūdan
tia mea nō mouebor in æternū. Dñe in uoluntate tua
præstitisti decori meo uirtutē Auertisti faciem tuā a me
& factus sum cōturbatus. Dixi em̄ ꝓnunciabo contra
me iniqtatem meā dño: & tu remisisti impietatem cor
dis mei. Iustoq; præcipit̃. Reuela ad dñm uiam tuā &
spera in eū: & ipse faciet. Et educet quasi lumē iustitiā
tuam: & iudicium tuum tanq̄ meridiē. Salus em̄ iusto
rum a dño quia nō est sanatio in carne eoꝝ a facie iræ
Ro.7 eius. Et quotidie iuxta ap̄m qui dixerat. Nō em̄ habi/
tat in carne mea bonū: ingemiscunt dicentes. Renes
ps.37. mei impleti sunt illusionibus: & nō est sanitas in car/
ne mea. Breues em̄ posuit dies nostros: & substantia
co.2. nostra quasi nihil in conspectu eius: uniuersa uanitas
omnis homo uiuēs: uel uiuēs in corpore: uel uiuēs in
uirtutibus: & tñ oīa uanitas. Incerto em̄ statu flactuat:
ps.48. & dum nō timet in sereno patit̃ tempestatē. Cum em̄
esset in honorē nō intellexit: cōparatus est iumētis in/
sipiētibus: & similis factus est illis. Pro nihilo inquit
saluos faciet eos: haud dubiū quin iustus: qui nō pro/
c.5. prio merito: sed dei saluat̃ clemētia: & delicta nostra
a te non sunt abscondita. Hoc ex persona xp̄i dicitur
Si ille qui peccatum nō fecit nec dolus inuētus est in
ore eius ꝓ nobis doluit: & pcā nostra portauit quāto
magis debemus nostra uitia cōfiteri? Renuit inqt con
ps.79. solari anima mea: cōsiderans delicta quæ fecerāt. Re
cordatus sum dei & letatus su3 cogitans me illius cle
mētia conseruā dū. Nocte cum corde meo meditabar:
& scopebā spūm meum. Et dixi nūc cœpi: hæc est mu/
s.25. tatio dexteræ excelsi. Iusti uox est q̄ post meditationē
somnii & conscientiæ cruces ad extremū ait. Nūc cœ
pi pœnitentiā agere: uel scientiæ lumē intrare: & hæc
ipsa de bonis ad meliora mutatio: nō meaꝝ uiriū sed
bi supra dexteræ & potentiæ dei est: in æternum misericordia
ædificabit̃. Nullū em̄ tempus est quo nō ædificet̃ mia
in singulis qbusq; sanctoꝝ: & his q̄ de peccatis trāseūt
ps.90. ad uirtutes. A sagitta uolāte per diem: a negotio pam
Q bulante in tenebris: quis nostrū poterit liberari? Ecce

em̄ peccatores intēderunt arcū ut sagittēt in obscuro
rectos corde nolūt prauos uulnerare: sed rectos cor/
de. Sagitta ꝓ diem uolitat ꝓ hæreticos in sanctarū itel
ligentia scripturaꝝ. Negociū in tenebris & nocte per
ambulabat per philosophos q̄ per obscuritatē sermo
num inuoluere cupiūt ueritatē. Plātati in domo dñi ī
atriis dei nostri florebunt. Plantati in domo dñi iusti
sunt: in ecclesia cōfirmati. Sed hi nō ī præsentiaꝝ sed ī
futuro in atriis dñi florebūt: ubi est certa & secura pos
sessio. Misericors & miserator dñs: lōganimis & mltæ ps.85.
miserationis. Suauis dñs oibus: & mia eius super oīa
opera illius. Tantas audis mias: & in tua audes uirtu
te cōfidere? Cōfiteant̃ tibi dñe omnia opa tua: sed de
cunctis operibus dei & hoies sunt: ergo omnes hoies
sua peccata cōfiteant̃. Legimus in Samuele dictū de 1 para 22
Salomone Ipse ædificabit domū nomini meo: & fir/
mabo regnum eius usq; in sempiternu3. Ego ero ei in
patrē: & ipse erit mihi in filiū Et iterum. Si inique ege/
rit corripiā eū in uirga hoim misericordiā autē meam
nō auferā ab eo. Cum egisset Dauid gratias deo ad ex
tremū intulit: & hæc est lex hois. Domine deus semp
respice ad clementiā tuā: & infirmitatē carnis diuino
auxilio sustētare. Quid mihi inqt & uobis filii Saruiæ 2.R.16.
Maledicat Semei. Dñs p̄cepit ei ut maledicat Dauid:
Et quis respōdebit ei: quare hoc feciſti? Voluntas em̄
dei nō discutiēda: sed cū gratiarūactione patiēda est
Et in alio loco dominus mādauit: ut dissiparet cōsiliū
Achitophel bonū ut adduceret sup Absalon malum: 2.R.15.
cuius certe cōsilium erat quasi cōsiliū dei. Et qua ratio
ne potestas liberi arbitrii maiore potestate subuersa ē
Hieroboā q̄ peccare fecit israel: arguit̃ quare reliq̄rit
præceptum domini. Diciturq; ad eum. Dedi tibi re 3.R.14.
gnum domus Dauid. & non fuisti sicut seruus meus
Dauid: qui custodiuit mandata mea: & ambulabat
post me in toto corde suo: & fecit placitum in conspe
ctu meo: ergo & possibilia sunt dei mandata quæ Da
uid fecisse cognoscimus: & tamen lasceſcere sanctos
ad perpetuitatem iusticiæ. In multis regibus legimus
de stirpe Dauid: q̄ non suo meriro: sed Dauid pa/
tris uirtutibus conseruati sint: qui fecerit placitum in
conspectu dei. Et uenitur ad Aza regem Iuda: de quo
scriptum est. Fecit Aza rectum in conspectu domini
sicut Dauid pater eius. Cumq; in multis laudibus 3.R.15.
eius commemorata esset historia: ad extremum in/
tulit: sed excelsa non abstulit. Attamen quia cor ei⁹
pfectum erat cum deo: oibus diebus uitæ suæ. Ecce &
iustus dicit̃ qppe cuius cor perfectū erat cū deo: & tñ ī
eo errauit q̄ excelsa nō abstulit: quæ Ezechiā & Iosia3

4.reg.18 legimus abstuliſſe Helias in cuius ſpũ & uirtute uenit iohãnes baptiſta ad cuius imp̃cationẽ uenit ignis de cœlo:& iordanis fluẽta diuiſa ſunt:timuit iezabel & fugit.laſſuſq; in ſolitudine ſedit ſub arbore & præſſus 3.reg.19. anguſtia mortem rogauit dicẽs.Sufficit mihi dñe tol/le aĩam meã:neq; eñ melior ſum patribus meis . Hũc iuſtum negare quis poteſt?Et tñ nõ dicã muliere3:ſed homini fœminã formidare de animi pturbatione de ſcẽdit:quæ uitio carere nõ põt dicẽte Dauid. Dñs au/ ps. 55. xiliator meus nõ timebo quid faciat mihi homo . De 3.reg.22. ioſaphat rege iuda ſcriptum eſt. Et fuit dñs cum ioſa/phat qui ambulauit in uiis Dauid patris ſuĩ prioribus ex quo intelligitur primas eum Dauid habuiſſe iuſti/cias:& nouiſſima nõ habere peccata. Nõ ſperauit ait in Baalim:ſed in deo patris ſui:& ambulauit in præce ptis illius:& nõ iuxta peccata iſrael.Cõfirmauitq; do minus regnum in manu eius:& dedit oĩs iuda mune/ra ioſaphat factæ ſunt ei infinitæ pecuniæ atq; diuitiæ & multa gloria.Cũq; ſumpſiſſet cor eius audaciã pro pter uias dñi etiam excelſa & lucos de iuda abſtulit. Hic achab regi impiiſſimo affinitate coniunctus eſt. Cũq; poſt prœlium reuerteret Hieruſalem occurrit ei Hieu filius amã iudæus & ait ad eũ.impio præbes au/xilium:& his qui oderũt dñ3 amicitia iũgeris,Et iccir co iram dñi qdem merebaris:ſed bona opera inuen/ta ſunt in te:eo q; abſtuleris lucos de terra iuda : & p̃/paraueris cor tuũ:ut requireres dñm. Ac ne putemus p̃teritas iuſticias hoc pct̃o & increpatõe ꝓphetica fuiſ ſe deletas:poſtea de Ochozia ſtirpe eius ſcriptum eſt: q; inuenerit eum Hieu latẽtem in Samaria:adductũq; occiderit:& ſepelierunt inquit eum:eo q; eſſet filius io ſaphat qui quæſierat dñm in toto corde ſuo . De eze/chia ſcriptum eſt.Fecit rectum in oculis dñi iuxta om nia quæ fecerat Dauid pater eius.Iſte abſtulit excelſa & cõtriuit ſtatuas & incẽdit lucum cõtriuitq; ſerpentẽ æneum:quem fecerat Moyſes . Et iterum in dño deo iſrael cõfiſus eſt:& poſt ipſum nõ fuit ſimilis ei in cun ctis regibus iuda:& qui fuerũt ante eum.Adhæſit do/mino:& nõ receſſit ab eo: & cuſtodiuit mãdata eius: quæ præcepit dñs Moyſi.et erat dñs cum eo:& in om nibus in qb9 incedebat ſapiẽter agebat.Cũq; rex aſſy/rioꝝ Sẽnacherib cepiſſet uniuerſas urbes iudæ : miſit ad eu3 ezechias in Lachis dicẽs.Peccaui:recede a me quodcũq; iuſſeris dabo.Impoſuitq; rex aſſyrioru3 eze chiæ trecẽta talẽta argẽti & triginta talẽta auri:& de/dit ezechias oẽm pecuniã quæ inuẽta eſt in domo dñi & in theſauris domus regis.In tpe illo cõcidit ualuas tẽpli dñi:& clypeos quos deauraverat:oĩa dedit regi aſſyriorum.Cũq; de eo tãta dicant nõ timuit neceſſi/tate cogẽte:quæ dño cõſecrarat regi offerre aſſyrio: di cit q; ad eum.Ego cuſtodiã ciuitatem hãc ꝓpter me & ꝓpter Dauid ſeruum meũ:nõ ꝓpter te:quia ſuperiora feciſti:qñ cẽtũ octogintaqnq; milia exercitus aſſyrio/rum angelo cedẽte ꝓſtrata ſunt.Illud quoq; diligen/tius attẽdẽdum quod ſcriptura commemorat. ægro/tauit ezechias uſq; ad mortem:uenit ad eum Eſaias fi lius amos dicens.Præcipe domui tuæ:qa morieris tu Qui auertit faciem ſuã ad parietẽ:& orauit ad dñm di cens.Obſecro dñe memento quõ ambulauerim in cõ ſpectu tuo in ueritate & corde pfecto:& bonũ in ocu/lis tuis fecerim.Fleuitq; ezechias fletu magno . Certe iuſtus erat ezechias & corde pfecto iturus erat ad do/minũ plorare nõ debuit quæris rõnẽ fletuũ?Si cogita ueris hoiem nõ miraberis cauſas doloris.Nullus eñ R intrepidus uadat ad iudiciũ dñi.habẽs cõſcientiã pec catoꝝ.Cũq; fleuiſſet factus eſt ſermo dñi ad eſaiam ꝓ/phetã dicẽs.Reuertere & dic ezechiæ duci meo(Dux dei appellat.cui mors fuerat nũciata qa humilitate ꝓſtratus eſt)Hæc inqt dicit dñs Dauid patris tui. Au/diui orationem tuã uidi lachrymã tuã addit ei tp̃us ui tæ & de aſſyrioꝝ manibus liberat . & tñ ſignũ poſtu/lat.ut credat ueꝝ eſſe qd' deus repromiſerat qd' ſaltẽ paruæ fidelitatis iudiciũ eſt.Miſit quoq; rex babylo/nis nũcios & legatos q ei cõgratularent ob reſtituta3 corporis ſanitatem.Qui oſtẽdit eis oẽs theſauros aro matũ auri quoq; & argenti & uaſoꝝ ſuppellectilẽ nõ fuit inqt res quã nõ oſtẽderet eis ezechias in domo & in oĩ poteſtate ſua.Ex quo intelligimus etiam uaſa tẽ pli babyloniis mõſtrata legatis.Vnde & ira dñi cõci/tat & poſtea eſaiæ uaticinatõe cognoſcit:de filiis tuis eunuchi erũt.& oĩa uaſa tẽpli trãſferent babylonem Ob quã culpã etiã in libro dierũ ſcriptum eſt.Cecidit 2.par. ezechias elatiõe cordis ſui.Certe ezechiã iuſtu3 nemo niſi impius denegabit:Dicas peccauit in quibuſdã.& iccirco iuſtus eſſe deſinit.ſed hoc ſcriptura nõ loquit Nõ eñ ex eo q; pua peccauit iuſticiæ nomẽ amiſit.ſed ex eo q; multa bona fecit:iuſti uocabulũ poſſidet.Hoc totũ dico ut ſcripturaꝝ ſanctaꝝ teſtimoniis cõprobet Nõ ex eo pct̃ores eſſe iuſtos q; alii peccauerũt ſ3 ex eo iuſtos ꝑmanere q; multis uirtutibus floreant.De ioſia ſcriptum eſt.Fecit rectum in conſpectu dñi & ambula uit in uia Dauid patris ſui.non receſſit neq; ad dexte/ram neq; ad ſiniſtram & tamen cum eſſet iuſtus tem/pore neceſſitatis & anguſtiæ mittit ad Oldam ꝓphe/tiſſam uxorem Sellum filii Tecuæ filii aaras cuſtodes ueſtium.Et hæc inquit habitabat hieruſalẽ in ſecunda

haud dubiũ quin urbis ptẽ significet:quæ iteriori mu
ro uallabat. Et illa respõdit hæc dicit dñs deus israel
ite & dicite uiro qui misit uos ad me:in quo occulta &
regis & sacerdotũ & oím uiorũ reꝑhẽsio est:q nullus
uiorũ sanctus potuerit repiri:q posset futura ꝑdicere.
Deniq interficit iosias a pharaone rege ægypti eo q
noluerit audire uerba dñi ex ore Hieremiæ ꝓphetæ. Si
2.pal.35 ue ut in Paralipomenõ scriptũ est. Noluit iosias reuer
ti:sed parauit cõtra eum bellũ:nec acquieuit sermoni
bus Nechao ex ore dei. Et iferẽt. Mortuusq est & sepul
tus in mausoleo patrũ suorũ: & uniuersus iuda & hie
rusalẽ luxerũt eum: ꝑcipueq Hieremias cuius oẽs can
tatores atq cãtatrices usq in ꝑsentẽ diem lamentatio
nes sup iosiã replicãt:& quasi lex obtinuit ĩ israel. Ec/
ce scriptũ ferẽt in lamẽtationibus. Puto q sermonibus
dei ꝑ quẽlibet nõ acqeuisse pẽtm̃ sit. De ipo Hieremias
loquit (q̃q̃ hoc plæriq scd'm Anagogen intelligant
Treñ. 4. de dño Saluatore) Spũs faciei nostræ xps dñs captus
est ꝑ peccatis nostris. Cui diximus. Sub umbra tua ui/
uemus in gẽtibus. Moyses cui locutus est dñs facie ad
faciem:& salua facta est aĩa eius ad aquas cõtradictio
nis offendit:nec meruit cũ fratre Aaron terram repro
ps.140. missiõis intrare. De quibus & psalmista canit. Absor/
pti sunt iuncti petræ iudices eorũ audient uerba mea:
S q̃m placuerũt:& est sensus. Iudices populi iudæorum
Moyses & Aarõ deuorati sunt a pẽtõ populi iuxta pe
trã. de qua aquarũ fluenta manarũt & certe cum isti iu
sti fuerint:& obedierint sermonibus dei: q per se sua/
uissimi sunt. Deniq sequit de cadaueribus in solitudi
ne mortuorũ quasi crassitudo terræ dirupti sunt super
terrã. Dispsa sunt ossa nostra secus infernũ. In osee lo
Osee.2. quit deus. Despõsabo te mihi ĩ iusticia & iudicio. Sta/
timq subiũgit. Et mia & miserationibus: & in fide :ut
largitoris præmio recognoscat q ipe sit dominus. In
par.: Osee.11. eodem scriptum est libro. Deus ego sum & nõ homo
in medio tui sanctus. Et nõ ingrediar ciuitatem uitio/
rum scilicet conciliabulũ. Ipe solus hãc non ingredit
ciuitatẽ: quam edificauit Cayn in noie filii sui enoch
quæ omnia sacerdotum quotidie ora concelebrant.
μονοςαναμαρτητος: quod in lingua nostra dicit. Qui
solus es sine peccato:quæ laus iuxta sniam tuã frustra
deo reputat:si est communis cũ cæteris. Non em̃ iux/
ta amos cõuertimus iusticiã in absinthium & fructus
iudicii in amaritudinẽ. Loquunt nautæ atq rectores
Ione.1. in libro ionæ. Rogamus dñe ne perdas nos ꝓpter ho
minem iustum neq inducas sup nos sanguinẽ inno
centem. Sicut em̃ placuit tibi sic factũ est dñe. Nesciũt
causas quid mereat ꝓpheta seruus fugitiuus:& tamen
iustificant deũ:& sanguinẽ innocẽtem fatent: cuius
opera nõ norũt. Et ad extremum sicut placuit tibi dñe
sic factum est. Nõ quærunt iusticiam sniæ dei: sed ueri
tatem iusti iudicis cõfitent. Micheas lachrymabili uo Mich. 7.
ce testat. Periit semen de terra & rectus in hoibus nõ
est:omnes in sanguine insidiant:unusquisq fratrem
suum uenat ad mortẽ. Malũ manuũ suarum dicunt
bonũ. Et iterum. Qui optimus corde inter eos est:qua
si periurus est. Et q rectus quasi spina de sepe. Hoc ho
minum iusticia est:ut iuxta uerba eiusde3 ꝓphetæ:nec
amico:nec cõiugi nec filiis sit credẽdum:quia inimici
hominis domestici eius. quã sniam etiam sermo dñi/
cus comprobauit. Vnde dat cõsilium p eũdem ꝓphe/
tam. Indicabo tibi o hõ q̃d sit bonũ:& q̃d dñs quærat Mich.6
a te utiq facere iudicium & diligere mĩam & sollicitũ
ambulare cum deo tuo. Nũquid dixit habeto æquali/
tatem dei. & nõ hoc q̃d' maximũ est sollicitũ ambula
re cũ deo tuo? ut nũq̃ securus sis ut oi obseruãtia custo
dias cor tuũ ut cõsideres qm̃ in medio laqueorũ am/
bules. & sub murorũ pinnis ingrediaris ut illud quo/
tidie mediteris. Iuxta semitam scandalũ posuerũt mi/
hi. Superbis em̃ resistit deus humilibus aũt dat gratiã ꝑs.139.
Qui cautus & timidus est:põt ad tẽpus uitare pẽtã qui Iaco.4.
securus est de iusticia sua:repugnat deo illiusq auxi/
lio destitutus insidiis hostiũ patet. Cõputrescãt dicit
Abacuc ossa mea:& subter me uermes scateãt:tm̃ ut re Abac. 3.
quiescã ĩ die angustiæ:ut ascẽdã ad populũ fortẽ meũ
Hic tribulatões & angustias afflictionẽq animi deꝑca
tur. ut in futuro uiorũ iã cũ xꝑo regnãtiũ numero so/
ciet. Exquo pspicuũ est:hic pugnã atq certamẽ:& in
futuro esse uictoriã. Iesus filius iosedech q̃d' interꝑtat
iustus dñi. sacerdos magnus ĩdutus describit uestib9 Zach.3.
sordidis q pẽtm̃ nõ fecit & tñ nostra pẽtã portauit. Ad
cuius dextra stabat Sathanas ut aduersaret. Dicit q
ad eũ post pugnã atq uictoriã auferte uestẽ sordidam
ab eo & ecce abstuli a te iniqtatẽ tuã & hæres iouinia/
ni loq. Sine oi oino pẽtõ suo sordida uestimẽta non
habeo ꝓprio regor arbitrio maior apl'o sum. ille facit
q̃d' nõ uult & q̃d' uult non facit ego facio q̃d' uolo &
q̃d' nolo nõ facio ꝑparata sunt mihi regna cœlorũ. ĩ/
mo ipe ea mihi meis uirtutib9 ꝑparaui. In quo adã te
netur obnoxius. Et alii qui reos se putant in similitu/
dinem præuaricationis adam. Ego solus cum mea ca
terua non teneor. Alii clausi cellulis & fœminas nõ
uidentes quia miseri sunt. & uerba mea non audiunt
torquentur desideriis. Ego etiam si mulierum ualor
agminibus. nullam habeo concupiscentiam. De me
e ñ dictum est. Lapides sancti uoluunt super terrã & Zach. 14

ideo non ſentio quia liberi arbitrii poteſtate xp̃i tro/
phæũ circũfero audiamus per eſaiam clamantẽ deũ.
Eſa.15. Populus meus qui beatos uos dicũt:ſeducunt uos &
ſemitã pedũ ueſtrorꝝ ſupplantãt:Quis magis ſupplã/
tat populũ dei qui liberi arbitrii poteſtate ſubnixus de
ſpicit auxiliũ cõditoris:& in ſua uoluntate ſecurus eſt
An qui ad ſingulas ſnias præceptorꝝ dñi iudicium pti
Eſa.5. meſcit? Ad huiuſcemodi hoies loquit̃ deus. Vhe uo/
bis:qui ſapiẽtes eſtis apud uos:& intelligentes ueſtro
Eſa.6. iudicio. Eſaias iuxta hæbraicũ plorat:& dicit: Vhe mi
hi quia tacui quia immũda habens labia:& in medio
populi imũda habentis labia habitãs uidi dominũ ſa
baoth ocul'meis. Ille uirtutũ merito dei fruebat̃ aſpe
ctu & cõſcientia peccatorꝝ labia ſua fatebat̃ imunda.
T Non quod locutus eſſet aliquid qd̃ uoluntati dñi re/
pugnaret:uel qꝛ ſiluiſſet uel timore uel pudore pterri/
tus nec arguiſſet libertate prophetica populũ deliquẽ
tem:nos peccãtes aliquãdo corripimꝰ qui adulamur
diuitibus & pſonas accipimus peccatotũ turpis lucri
gratia:niſi forte tota eis loquamur cõfidentia quorꝫ
opibus indigemus ut talia nõ agamus ut abſtineamꝰ
nos ab omni ſpecie peccatorũ. Certe uerum tacuiſſe
peccatum eſt: q̃ q̃ apud ſeptuaginta nõ ſit ſcriptũ :qa
tacui ſed quia compũctus ſuꝫ conſcientia ſcilicet pcto
ps.31. rꝫ ut illud compleatur propheticũ. Verſatus ſum in
miſeria: dum infigitur mihi ſpina. Ille peccati ſpina
Iſa.24. compungit̃:tu nirtutũ floribꝰ uernas. Erubeſcet inqt
luna & confundet̃ ſol quãdo uiſitauerit dñs ſuper mi
litiã cœli in excelſis : hoc ẽ qd̃ & in alio loco ſcriptuꝫ
Iob.25. eſt Aſtra quoqꝫ non ſunt mũda in cõſpectu eius:& ad
uerſum angelos ſuos puerſum quid repperit luna eru
beſcit & ſol confundit̃:& cœlum operit̃ cilitio & nos
intrepidi atqꝫ lætantes quia omni caremꝰ uitio occur
remus iudicis maieſtati quando tabeſcent mõtes ere/
cti uidelicet in ſuperbiã:& omnis militia cœlorũ uel
aſtra uel angelicæ dignitates:& complicabunt̃ ſicut
libri cœli:& omnis exercitus eorum inſtar foliorũ de
fluet:qm̃ inebriatus eſt inquit in cœlo gladius meus:
& nũc ſup idumæam deſcendet:gladius dei inebriat̃
in cœlis:& tuũ ſoliũ erit in ſanctitate ſecurum? In idu
mæã deſcẽdet:quæ interp̃tat̃ uel ſanguinaria uel ter
rena:ut pphetica auctoritate diſcamus oẽm terrã mũ
Eſa.34. di indigere iudicio. Vnde ſequit̃. Victima dñi in boſ/
ra:quæ interp̃tat̃ caro & interfectio eius multa ĩ terra
1.Cor.15 edom.i.in ſanguine. ſuxta qd̃ ponit apl's. Caro & ſan
Eſa.45. guis regnũ dei nõ poſſidebũt. Vhe qꝛ cõtradicit facto/
ri ſuo:uhe qꝛ dicit patri: ut qd me genuiſti? & matri q̃/
re me peperiſti? Hoc ad eos ptinet qꝛ dicũt :quare talis
cõſtitutus ſum qꝛ nõ poſſim in ppetuũ carere peccato.
Quare tale uas fictũ:ut nõ adamãtinũ pmãerẽ. ſꝫ ad
oẽm tactũ fictile atqꝫ fragile. Oẽs ſicut oues errauimꝰ Eſa.53.
& oĩm noſtrũ dñs pcta portauit. Intuitꝰ ẽ em̃ diligẽter
iſpexit nullũqꝫ reppit qꝛ iudicaret iuſteqꝫ ſuã ĩ oibꝰ face
ret uolũtatẽ. Et iccirco brachiũ eiꝰ ſalutẽ p̃buit & iuſti
cia ſua ſaluauit oĩa:ut oĩs mũdꝰ ſubiiciat̃ deo & illiꝰ
clæmẽtia cõſeruet̃. Fuimꝰ eni imũdi nõ pauci ſed oẽs
Quaſi pãnus mẽſtruatæ reputata ſũt oĩa i lege opa no
ſtra. Ad hieruſalem in ezechiel loquit̃ deus. Perfecta Eze.16.
eras ín decore meo:& eſt ſenſus nõ in tuis operibꝰ nõ
in tua cõſcientia cordiſqꝫ iactãtia ſed in meo decore:
quo te clæmẽtiæ meæ libertate donauerã. Deniqꝫ í cõ
ſequẽtibus loqtur ad eã. qñ ſaluator non ſuo merito:
ſed eius mía. Recordabor pacti mei tecum in diebus ubi ſup
adoleſcẽtiæ tuæ. & ſuſcitabo tibi pactũ ſempiternũ &
recordaberis uiarũ tuarũ. & cõfunderis. Et iterum. ſu/
ſcitabo pactũ meũ tecũ. & ſcies quia ego dñs ut recor/
deris & cõfundaris & nõ ſit tibi ultra apire os ꝓ cõfu/
ſione tua cũ fuero placatꝰ tibi in oĩbus quæ feciſti ait
dñs deus. Ecce apte diuino ſermone mõſtrat̃ quid in Naũ.1.
alio loco dixerit. Et mũdãs te nõ faciet innocentẽ ꝙ
iuſti quoqꝫ & poſt pctm̃ in ſtatũ priſtinuꝫ reſtituti. os
aperire nõ audeant ſed cũ apoſtolo dicãt. Qui nõ ſuꝫ 1.Cor.
dignus uocari apl's. quia perſecutus ſum eccleſiã dei.
Deniqꝫ & in alio loco ꝓ eundem ꝓphetaꝫ ad eos. qui Hier
illius mĩam conſecuti ſunt loquit̃ deus. Et recorda/ Eze.9.
mini uiarum ueſtrarum. & oĩm ſcelerum ueſtrorum q
bus polluti eratis & diſplicebit uobis in conſpectu ue
ſtro in cunctis malitiis quas feciſtis & ſcietis quia ego
dominus cuꝫ benefecero uobis propter nomen meũ
non ſecundum uias ueſtras malas neqꝫ ſecundũ ſce/
lera ueſtra peſſima. Erubeſcamus atqꝫ dicamus quod
loquuntur hi qui iam prætmia conſecuti ſunt. Loqua
mur peccatores ſuper terram. & in fragili mortaliqꝫ
corpore conſtituti quod ſanctos uidemus in cœlis di
cere & iam in corruptione & immortalitate donatos
Et dicitis inquit. Non eſt recta uia domini cum ueſtræ Eze.18.
uiæ prauæ ſint. Phariſeorum eſt hoc ſupercilium. ut Hier.
peccata propriæ uoluntatis referant ad conditoris in
iuriam & illius iuſticiam calumnientur. Sacerdotes tẽ
pli myſtici quod interpretat̃ eccleſia filii Sadoch cuꝫ
ueſtimentis miniſterii non egrediuntur ad populum
ne humana conuerſatione ſanctificati maculentur. 4.reg
Et tu in medio uulgi unuſqꝫ de populo mundum eſſe V
te credis Hieremiam prophetam breuiter percurren/
tes ſenſu magis q̃ ſermone carpamus. Currite inquit Hier.5.
in exitibus hieruſalem̃. & quærite in plateis eius ſicubꝫ

reperire poteritis uirũ: q̃ iuxta iusticiã uiuat & fidẽ: & ero ꝓpicius ꝓpter eũ. Quãuis em̃ dicãt: uiuit dñs fraudulẽter iurãt. & hoc ip̃m in mẽdacio refutat pc̃ō̃ꝝ sacrificia. Vescẽdas tradit offerẽtibus hostias dicens se nõ mãdasse patribꝰ eoꝝ: qñ deduxit eos de terra ægypti: ut offerrẽt huiuscemodi sacrificia. Nõ em̃ uoluntate: sed idolorũ cõparatiõe mãdauit: malens sibi offerri uictimas q̃ dæmonibus. Omnes recesserunt ab eo nullus est qui loquat bona: & agat pnĩaꝫ a pc̃tis suis Sequunt ꝓprias uolũtates quasi equus prõptus ad p̃liũ. Intẽdũt linguã suã quasi arcum. Mentiunt oĩa: & nõ est in eis ueritas. Amicoꝝ quoq; cauẽdas insidias p̃cepit: & nulli credere ꝓximoꝝ. Singulos em̃ ĩsidiari amicis & fratrẽ a fratre decipi. & hoc facere nõ naturæ malo: sed ꝓpria uolũtate: qa docuerũt linguã suã mẽdaciũ: & proni fuerũt ad ĩiusticiã. Si ethiops ante mutauerit pellẽ suã? & pardus uarietatẽ suã & uos poteritis facere bonũ: cũ didiceritis mala. ergo pellis ꝓthiopica & pardoꝝ uarietas disciplinæ est nõ naturæ quæ docet & discit tm̃ auferri non potest uitio mollita maligni nisi p eum cui omnia possibilia sunt. Vnde loq̃tur ad eum qui solus uerus medicus est. Sana me domine & sanabor saluũ me fac dñe & saluus ero. Tu es gloria mea & spes mea. Si em̃ ad cõditionẽ meã in fœlicitatemq; respiciã nihil aliud nisi hoc possum loqui Maledictus homo qui ãnunciauit patri meo dicẽs. Ecce natus ẽ tibi puer: fiat hõ ille similis urbibus q̃s subuertit deus. Quare em̃ in uulua nõ statim perii? Et fuisset mihi sepulchruꝫ mater mea: & uulua eius infernus sempiternus. Quare egressus sum ex utero ut uiderẽ labores & miserias? & cõsumerent dies mei in erumnis Tantum de sua cõditione securus ẽ: & sic confidit in fortitudine ut mortẽ p̃ferat uitæ. Nouerat em̃ uulnus suum & potentiã eius quẽ cælare nihil põt qui loquit̃ per prophetam. Deus appropinquãs ego & nõ ꝓcul. Qui em̃ cœlum replet & terram nullus põt uitare eiꝰ noticiã & cordis occulta cælare. Qui scrutat renes in trospicit & ut sciamus dei esse bonũ omne qd̃ gerimꝰ Ego inquit plãtabo eos: ut nequa q̃ eradicent: & ego dabo eis cogitationẽ & sensum ut ĩtelligãt me. Si cogitatio & sensus dent a deo: & intellectus dñi ex illius qui noscendus est radice pullulat: ubi ẽ liberi arbitrii tm̃ superba iactitatio? Volumꝰ scire cõditionẽ nostrã audiamus historiam: Ioachim rex iuda: cunctiq; socii eius & principes auditis sermonibus Vriæ: uoluerunt occidere eum. Quod cum ille didicisset timore perterritus fugit in ægyptum. Cur mortẽ timebat qui explicabat sententiam domini: & qui a se nunciari domini nouerat uoluntatẽ? Dedignamur per singula auxiliũ dei: & ad illius nutum cuncta gerere negligimus cum legamus sanctos uiros etiã hominum indiguisse præsidio. Periclitatur Hieremias & manifeste dicit̃: q̃ auxilio ei fuerit manus Disan filii Saphan ne traderetur in potestatem uulgi: & obrueretur lapidibus. Abolitis Hier. 26.
legis cæremoniis & duro pondere ueterum præcepto-
rum repromittitur euangelii gratia legemq; dominus
pollicetur: ut omnes eum nouerint a minimo usq; ad
maximum dicens Dimittam peccata eorum: & iniqui X
tatem illorum ultra memor nõ ero. Quam aũt habuerint sancti uiri in lege ueteri iusticiam: sequenti sermone demonstrat. Si filii israel: & filii Iuda iniquitatem facere ppetuam in cõspectu meo: ab adolescentia sua usq; ad diem præsentem: & ciuitas Hierusalem ab initio conditionis suæ usq; ad diem euersiõis suæ: me ad iracundiam prouocauit. attẽde quid dicat: finem iunge pricipio omne mediũ tempus iuitio est. Hieremias Hier. 37.
sanctificatus anteq̃ natus: uirgo ꝓpheta ueteris testamenti ptimescit sedechiam: & flebiliter obsecrat dicens. Nũc ergo domine mi rex audi dep̃cationẽ meã: & p̃ualeat apud te obsecratio mea: ne remittas me in domũ ionathan scribæ: ne ibi pereã. O propheta: cur times impiũ regem? Cur eũ metuis: quem nosti iã iãq; periturũ? carcerẽ reformidas: cui parat paradisus. Respõdebit mihi: hõ sum mortali in carne & corruptibili cõstitutus: dolorẽ sentio horresco q; cruciatus: quos etiã dñs meus ꝓ mea salute sensurus est. Miseret humano generi deus: & nõ uult perire qd̃ fecit. Noli timere iacob dicit dominus. Ego em̃ sum tecum: & in- Hier. 30.
terficiam omnes gentes in quas dispersi te: te uero ip
sum perire non faciam: sed castigabo te cum iusticia:
& ita miserebor tui: ut te innoxiũ non relinquam. Vnde & nos dicimꝰ esse iustos: esse sanctos uiros: & post
peccata placentes deo: non suo tm̃ merito: sed eius
clæmentia: cui omnis creatura subiecta est: & indiget
misericordia eius. Audiant hæretici qui eleuantur per
supbiã: & dicãt. Ecce ip̃i nobis fecimꝰ cornua. Audiãt
illud qd̃ audiuit Moab. Audiuimus supbiã moab sup
bus est ualde. Altitudinem illius & elationẽ & glo- Hier. 18.
riationem: & inflationẽ cordis ego cognoui dicit dominus: quoniam nequa q̃ iuxta inflationem eius. &
fortitudo illius est. Diciturq; ad huiuscemodi homines. Inimici autem eorum (haud dubiuꝫ quin gregis
domini) cõfirmant dicentes non peccauimus cũ peccauerint in pulchritudine iusticiæ & in expectatione
patrum. Deinde uis scire quando omnia peccata fi-
niantur. Audi eundem prophetam: in tempore illo Hier. 50.

dicit dominus. Quæreť iniquitas in iſrael & nõ erit & peccatuʒ in iuda. & non inuenietur. Cur quæſo ſequitur. quia propitius ero illis. Vbi autem propiciatio eſt præceſſerat ante peccatum. Tolle igitur poſſe & concedo omnia donante deo ſubſiſtere. Bonum eſt p̃ſtolari cum ſilentio ſalutare domini bonum eſt ponere in puluere os ſuum dare percutienti ſe maxillam ſaturari opprobriis ſpem habere in domino. Si em̃ abiecit & miſerebitur iuxta multitudinem miſericordiarũ ſuarum. Neqꝫ em̃ humiliauit corde ſuo & abiecit filios hominum. Fruſtra murmurat homo pro peccatis ſuis. Scrutemur uias noſtras. & quæramus & reuertamur ad dominum. Leuemus corda cum manibus ad dominum in cœlum diſcamuſqꝫ ei. Inique egimus. & ad iracundiaʒ prouocauimus. Iccirco tu inexorabilis
Dañ. 4. es. Daniel ꝓpheta loquiť ad Nabuchodonoſor q̃ dominetur excelſus regni hominum & det illud cuicũqꝫ uoluerit & extremum atqꝫ pectum conſtituat ſuper illud. Interroga eum qua cauſa ultimum atqꝫ deſpectũ conſtituat in regem & faciat quod uoluerit & diſcute
p̃s. 112. utrum ipſius uoluntas iuſta ſit de quo ſcriptũ eſt. Qui ſuſcitat de terra humilem & de ſtercore eleuat pauperem ut collocet eum cũ principibus. cum principibus populi ſui. An forſitan iuxta te abſqꝫ iudicio atqꝫ iuſtitia gloriam quærit. auramqꝫ popularem. ut humiles erigat in regnum & potentes humilitate commutet?
Eſa. 40. Audi prophetam dicentem. Omnes habitatores terræ quaſi nihil reputati ſunt apud eum. Fecit em̃ quod cũqꝫ uoluit in cœlo & in terris & nemo eſt qui reſiſtat uolũtati eius. aut poſſit dicere quare hoc feciſti? cuius ſunt omnia opera in ueritate & uiæ illius iuſticia & ſuperbientes poteſt ipe humiliare. Antiochus epiphanes rex crudeliſſimus ſubuertit altare ip̃amqꝫ iuſticiã fecit conculcari quia cõceſſum erat ei a domino. Cauſaſqꝫ reddit propter peccata plurima. ergo non fecit quod ip̃e tm̃ uoluit ſed quod dominus ꝓpter peccata populi conceſſit. Deniqꝫ ſequitur q̃ non ex propria fecerit fortitudine ſed ex eius imperio q̃ præcepit ut fie-
Dañ. 9. ret. Illud autem in aratione ſua loquitur. Peccauim9 inique egimus iniuſte geſſimus? & receſſimus a mandatis tuis: & cætera huiuſcemodi ſoletis dicere: quod & Dauid: & Daniel & omnes ꝓphetæ non pro ſe: qui ſancti erant: ſed ex perſona populi ſunt locuti. Aduerſum quam opinionem ipſe reſpondebit & dicet. Cum adhuc orarem: & cõfiterer peccata mea: & peccata populi mei iſrael. Vides ergo q̃ tam ꝓ peccatis ſuis q̃ ꝓ peccatis populi dominum ſit depræcatus: & effuderit depcatiões ſuas in cõſpectu dñi dei ſui. Vis iterum noſſe: quando pctm̃ & iniquitas finiatur? Quanq̃ diuerſa ſit auctorum interptatio. Audi eũdem ꝓphetam ubi ſupa
Septuaginta ebdomadæ completæ ſunt ſuper populum tuũ: & ſuper ciuitatem tuã ſanctam: ut compleãtur iniquitates: & finem accipiat peccatum ut diſpereat iiquitas & reueletur iuſticia ſempiterna. Quãdiu ergo ille finis adueniat: & corruptiuum hoc atqꝫ mortale incorruptiõe & immortalitate mutet: neceſſe eſt nos ſubiacere peccato: nõ naturæ & conditionis: ut tu calumniaris uitio: ſed fragilitate & commutatiõe uolũtatis humanæ: quæ per momẽta uariatur: quia deꝰ ſolus eſt immutabilis. Quæris ubi abel: ubi enoch: ubi ieſus filius Nauæ: ubi Heliſeus cæteriqꝫ ſanctoruʒ peccauerint. Non eſt neceſſe nodũ in ſcirpo quærere: utinam poſſem & manifeſta reticere peccata: ſi uis a me uerum audire neſcio. Nihil inquit mihi conſcius ſum 1. Cor.
nec tamen in hoc iuſtificatus ſum. Homo uidet in fa- Ro.ʒ
cie: deus in corde. Apud eius conſcientiam atqꝫ cõſpectum nullus iuſtificatur. Vnde & Paulus loquitur cõfidenter. Omnes peccauerunt: & indigent gloria dei: Gal.ʒ.
& concluſit deus omnia ſub peccato: ut omnium miſereať: & cætera quæ ſæpe replicauimus.

¶ Tertius eiuſdem dialogi liber cõtra pelagianos Epiſto. XVII Critobolus



Electatus ſum tuorum multiplicatione ſermonum: de quibus ſcriptũ eſt. In multiloquio non effugies peccatum: ſed quid ad cãʒ? Certe hoc fateberis eos qui xp̃i baptiſma cõſecuti ſunt nõ habere peccatũ. Et ſi abſqꝫ A
1.Pe.3. Parati semper ad satisfactõem omni poscenti uos ratio
nẽ de ea quæ i uobis est spe. Finge nos occasionẽ quæ
rere & sub prætextu fidei lites serere: scisma conficere
iurgia cõcitate. Tolle uolentibus occasionẽ ut postq̃
de fide satisfeceris: & oẽs nodos qui cõtra te nectunt
absolueris: tunc liquido omnibus pateat nõ dogmatũ
sed ordinationis esse certamẽ nisi forte prudẽti cõsilio
ideo de fide interrogatus caces ne uidearis hæreticus
fuisse cum satisfeceris. Omnia ergo crimina quibus ac
cusant hoies refutare non debent ne postq̃ negaue/
rint criminosi sint. At cõtemnis laicos: diaconos atq;
præsbyteros. Potes em̃ (ut gloriaris & iactitas) in una
hora mille clericos facere. Habes papam Epiphaniu3
qui te aperte multis litteris hæreticu3 uocat: Certe nec
ætate: nec scia: nec uitæ merito: nec toti9 orbis testimo
nio: maior illo es. Si ætatem quæris: iuuenis ad senem
scribis: si scientiã: nõ sic eruditus ad doctũ: licet te fau
tor es tui desertiorẽ Demosthene: acutiore3 Chrysipo
sapiẽtorẽ Platone cõtẽdant. Et tibiipsi forte psuaserit
De uita autem & fide nihil amplius dicã: ne te lædere
uidear: & tempore quo totum orientem excepto papa
Athanasio atq; Paulino arrianoꝝ & eunomianorum
hæresis possideat quãdo in occidentalibus & in iudeæ
exilio cõfessoribus nõ cõmunicabas. ille uel præsbyter
monasterii ab Eutitio audiebat uel postea ep̃s Cypri
a Valente non rangebat. Tantæ em̃ ueneratiõis sem/
per fuit: ut regnãtes hæretici ignominiã suã putarent
si talem uiru3 persequærent. Scribe igitur ad hũc. Re
spõde æpistolæ eius: sentiãt cæteri fidem eloquentia3
prudentia3 tuam non tibi solus disertus esse uidearis
Cur ab alio ꝓuocatus: aliorsum arma cõuertis? Pale/
stinis interrogaris: & respõdes ægypto. Tuis lippien/
tibus ungis oculos nõ dolentum. Si placitura nobis:
alteri loqueris: satis supbe. Si aliud q̃ q̃rim9 satis sup/
flue. Sed dicis æpla mea ꝓbauit me cõtra arriũ contra
photinũ cõtra manichæũ bñ locutũ. Quis em̃ te hoc tẽ
pore arguit arianũ? quis tibi nũc photini Manichæiq;
crimen impingit? olim ista emẽdata sunt atq; confessa
Non eras tam stultus: ne aperte defenderes hæresim
quã sciebas ecclesiæ displicere. Noueras te si hoc feci
sses: statim loco mouendũ: & soli tibi delitias suspira/
bas. Sic sentẽtiã temperasti: ut nec simplicibus displi/
ceres: nec tuos offenderes. Bene scripsisti. sed nihil ad
cãm pertinẽs. Vnde nouerat alexãdrinæ ecclesiæ pon
tifex: in q̃bus argueris? quoꝝ a te cõfessio postularet?
Debueras tibi obiecta ꝓponere: & sic ad singula respõ
E dere. Vetus narrat historia: quidam cum diserte dice/
ret. ferreturq; impetu ac uolubilitate uerborum cãmq;
omnino nõ tangeret prudens auditor & iudex: bene
inquit & bene: sed quo istud tam bene? Imperiti oculo
rum medici ad omnes oculorum dolores uno utunt
collyrio. Qui arguit in pluribus: & in dilutione crimi
num aliqua p̃termittit. quicqd tacuerit cõfitet: an nõ
respõdisti ad æpistolã epiphanii: & ꝓposuisti quæ ipsi
dissolueres? Nimirum hac fiducia respõdisti. Null9 for
titer a semetip̃o cædit. Elige ex duobus qd uis. Optio
tibi dabit: aut respõdisti ad æpistolam epiphanii: aut
nõ. Si respõdisti: cur maxima & plurima de his quæ ti
bi obiecta sunt reliquisti. Si nõ respõdisti: ubi est illa a
pologia tua in qua gloriaris apud simplices? Et quam
ignorantibus causam huc illucq; dissleminas? Octo ti/
bi (ut statim ꝓbabo: de fidei spe xp̃ianæ) quæstionum
capita obiecta sunt. Tria tm̃ tangis & p̃teris. In cæteris
grande silentiũ est. Si ad septem absolutissime respon
disses: hærerem tm̃ in uno crimine: & quod tacueras
hoc tenerem. Nunc uero quasi auribus lupum ap̃hẽ/
deris: nec tenere potes: nec audes dimittere. Ip̃a quo/
q; tria quasi negligens atq; securus: quasi aliud agens
& in quibus aut nulla aut parua sit quæstio: p̃teruolas
atq; perstringis. Et ita opert9 & tectus incedis: ut plus
cõfitearis tacendo: q̃ renuas disputando. Quis non ꝑ
tinus tibi potest dicere. Si lumen quod in te est: tene/ Mat.6
bræ sunt: ip̃æ tenebræ quantæ erunt? Si tres quæstiũcu
læ de quibus uisus es aliquid dicere: suspitione & cul/
pa nõ carẽt: & fraudulẽter ac lubricæ scriptæ coarguũ
tur: quid faciemus de quinq; reliquis: in quibus quia
nulla ambigui sermonis dabat occasio: nec illudere
poteras audientes: maluisti omnino reticere: q̃ aper/
te qd tectum fuerat cõfiteri? Sicut em̃ incongruum est
dicere: q; possit filius uidere patrem: ita inconueniẽs
est opinari: q; spũssanctus possit uidere filium. Scd'm
q; in hoc corpore quasi in carcere sunt animæ religa/
tæ: & anteq̃ homo fieret in paradyso inter rationabi/
les creaturas i cœlestibus cõmoratæ sunt. Vnde post/
ea in cõsolationem suã aia loquit in psalmis. Priusq̃ ps.118
humiliarer ego deliqui. Et reuertere aia mea in requiẽ ps.114
tuam: & educ de carcere animam meam: & cætera his ps.141
similia. Tertiũ qd dicã & diabolum & dæmones actu
ros pœnitẽtiam aliquando: & cum sanctis ultimo tẽ/
pore regnaturos. Quartu3 q; tunicas pelliceas huma
na corpora interp̃tet: quibus post offensionem & eie
ctionem de paradyso Adam & Eua induti sunt: haud
dubium quin ante in paradyso sine carne: sine neruis
& ossibus fuerint. Quintum q; carnis resurrectionem
membrorumq; compagem: & sexum quo uiri diuidi/

mura fœminis aptissime neget: tã in explanatiõe primi psalmi: q̃ in aliis multis tractatibus. Sextum ut sic paradysum allegorizet: ut historiæ auferat ueritatem p arboribus angelos: p fluminibus uirtutes cœlestes intelligens totamq; paradysi cõtinentiam tropologica interp̃tatiõe subuertat. Septimum q̃ aquas quæ super cœlos in scripturis eẽ dicunt: sanctas supernasq; uirtutes quæ super terram & infra terram contrarias & dæmoniacas esse arbitretur. Octauum q̃ extremum obiicit imaginem & similitudinem dei: ad quam homo conditus fuerat dicit ab eo perditam: & in homine post paradysum nõ fuisse. Hæ sunt sagittæ: quibus cõfoderis hæc tela: quib9 in tota æpistola uulneraris excepto eo q̃ tuis genibus aduolutus: sanctamq; caniciem sepositio parumper sacerdotis honore: sustinẽs dep̃cat salutem tuam. Et his uerbis loquit̃ præsta mihi & tibi: ut saluẽris. Sicut scriptuꝫ est. A generatione peruersa: & recede ab hæresi origenis: & a cunctis hæresibus dilectissime. Et infra ꝓpter defensionem hæreseos aduersum me odia suscitantes rumpitis charitatem quã in uobis habui intãtũ ut faceretis nos etiam pœnitere: quare uobis communicauerimus. ita origenis errorem & dogmata defendẽtib9. Dic mihi disputator egregie: de octo capitulis ad q̃ respõderis paulisper: de cæteris tacẽs. Prima illa blasphemia: q̃ nec filium patrem: nec filiuꝫ potest uidere spũssanctus: quibus a te telis confossa? Sanctam inquit: & adorandã trinitatem eiusdem substantiæ: & coæternam: & eiusdem gloriæ & diuinitatis credimus. Anathematizantes eos: qui grande aut paruum aut inæquale aut uisibile in deitate trinitatis q̃cq̃ loquunt̃. Sꝫ sicut incorporalem inuisibilem & æternum dicimus patrem: sic incorporalem inuisibilem & æternum dicimus filiuꝫ & spm̃sanctum. Nisi hoc diceres ecclesiam non tenetes: & tamen nõ quæro: ac si ante nõ dixeris: nõ uẽtilabo. Si uero amaueris eos qui talia p̃dicauerint: qui ista dicẽtes exilia sustinebãt. Quis sit ille: qui Theone p̃sbytero spm̃sanctum dñi in ecclesia p̃dicante clauserit aures: foraspq; cum suis cõcitus fugerit: ne tm̃ audiret piaculum statimq; sera cõuersione fidelem me suspicatus inquit uolo miserabilis p̃textat9 qui designatus cõsul est mortuus homo sacrilegus: & idolorum cultor solebat ludẽs beato papæ Damaso dicere. Facite me Romanæ urbis ep̃m & ero protinus xp̃ianus. Quid mihi longo sermone & lasciniosis periodis Arianum te nõ esse demõstras? Aut nega hoc dixisse eũ: qui arguitur: aut si locutus est talia eum damna qui dixerit. Vis scire quãtus sit ardor bene credẽtium? Aud i apostolum. Et si uel homo ait: uel angelus de cœlo aliter euangelizauerit uobis q̃ annũciam9 anathema sit. Tu mihi ut crimen extenues: & dissimilato nomine criminosi quasi secura sint omnia: & null9 in blasphemiis arguatur ociosam fidem artifici sermone cõtexis. Dic statim: & æpistola tua hoc habeat exordiuꝫ anathema ei qui talia ausus est scribere. Fides tua moram nõ patitur: ut apparuerit scorpius: ilico cõteren/dus est. Dauid inuentus scd'm cor domini. Nõne in/quit odiẽtes te domine oderã: & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos. Ego si patrẽ si matrem si uxorem si filios si germanos aduersum Christum meum audiuissem ista dicentes quasi rabi/dus canis blasphemantia ora laceraſſem: & fuisset in primis manus mea super eos. Qui patri & matri dixe/runt non nouimus uos. hi impleuerunt uoluntatem dñi. Qui diligit patrem aut matrem super Christum: non est eo dignus. Obiicit̃ tibi q̃ magister tuus (queꝫ catholicum uocas quem defendis obnixe dixerit. Filius non uidet patrẽ & filiũ nõ uidet spiritussanctus. Et tu mihi dicis. Inuisibilis pater inuisibilis filio inuisibilis spũssctũs quasi nõ & angeli & cherubin & seraphin secũdum naturam suam oculis nostris inuisibiles sint Certe Dauid etiam de aspectu cœlorum dubitãs. Videbo inquit cœlos opera digitorum tuorum: uidebo non uideo uidebo quando facie reuelata gloriam domini fuero contemplatus nunc autem ex parte uide/mus & ex parte cognoscimus. Queritur an patrem uideat filius. Et tu dicis inuisibilis pater est. Deliberatur an filium uideat spũssanctus & tu respondes inuisibilis est filius. Versatur in causa an seinuiceꝫ trinitas ui deat humanæ aures tantam blasphemiam ferre non sustinẽt & tu dicis inuisibilis trinitas est. In laudes cæteras euagaris peroras. In his quæ nullus inquirit auditorem aliorsum trahis ut quod quærimus non loquaris uerum hæc ex superfluo dicta sint. Donamus tibi ut nõ sis Arrianus immo plus ut nunq̃ fueris. Cõcedimus ut in expositione primi capituli aduersum te nulla suspitio sit & totum simpliciter sis locutus eadẽ simplicitate & nos tecum loquimur. Nam papa Epiphanius accusauit te ut Arrian9 esses. Num Eunomii errores & quosnam habeas hui9 hæresis socios? cum aliud interrogatus respondeas aliud & quasi cuꝫ stultis loquaris dissimulatis criminibus quæ in litteris cõtinentur replicas quid in ecclesia Epiphanio dixeris confessionem fidei postularis & disertissimos tracta/tus tuos nolentibus ingeris. Quæso lector ut memor tribunalis domini & de iudicio tuo te intelligẽs iudi/

Gal. 1.

ps. 138.

Mat. 10.

ps. 8.

G

cãdum:nec mihi nec aduersario faueas: neve perso/
nas loquentium:sed causam cõsideres. Dicamus er/
go quod cœpimus. Scribis em̃ in æpistola tua q̃ ante
q̃ Paulinianus presbyter fieret:nunq̃ te papa Epipha
nius super Origenis errore cõuenit. Primum dubium
est:& de personis disputo:ille obiecisse se dicit tu ne/
gas:ille testes profert. tu nõ uis uidere productos. ille
etiam memorat alium esse conuentum: tu pro utroq;
dissimulas:mittit tibi per clericum æpistolam:respon
sionẽ flagitat taces mutus:nec rescribere audes:& pa/
læstine prouocatus alexandriæ loqueris inter illum
& te:cui accommodanda est fides? non est meum di/
cere:puto q̃ nec ipse audeas aduersum talem ac tantũ
uirum:tibi ueritatem illi mendacium reputare:sed po
test fieri:ut unusquisq; pro se loquatur teipsum cõtra
testem uocabo. Si em̃ nulla de dogmatibus quæstio
uersabatur:si stomachum senis non moueras:si ille ti
bi nihil respõderat:quid necesse erat:ut in uno eccle/
siæ tractatu de cũctis dogmatibus homo nõ satis elo/
quẽs disputares de trinitate:de assumptione domini/
ci corporis de cruce de inferis de angelorum natura:
de animarum statu de resurrectione Saluatoris & no
stra:& forsitan inter cætera oblitus es scribere:ut præ
sentibus populis & tali ac tanto uiro intrepidus dice/
res:& omnia una saliua continuares? ubi sunt ueteres
ecclesiæ tractatores qui uix singulas quæstiones expli
care in multis uoluminibus potuerũt? ubi electionis
uas tuba euãgelii rugitus leonis nostri tonitruus gen
tium flumen eloquentiæ christianæ qui mysterium re
tro generationibus ignoratum & profundum diuitia
rum sapiẽtiæ & sciẽtiæ dei magis miratur: q̃ loquitur:
H ubi Esaias uirginis demõstrator: qui in una quæstiõe
Esa.53. succumbẽs ait. Generationem eius quis enarrabit? Re
pertus est sæculis nostris haud grandis homũculus:q
de cunctis ecclesiæ quæstiõibus uno linguæ rotatu so/
le clarius coruscaret:si nemo a te postulabat:& trãql/
la erant omnia:stulte tanta disputandi uoluisti subire
discrimina:si iam tunc in fidei sanctificatiõe loqueba
ris ergo non est ordinatio presbyteri causa discordiæ:
quem constat multo post tempore constitutum:fefelli
sti absentes:& litteræ tuæ pegrinis auribus claudunt.
Nos hic eramus cuncta nouim9 quando cõtra Orige
nem in ecclesia tua papa Epiphanius loquebat quan
do sub illius nomine in nos iacula torquebantur. Tu
& chorus tuus canino risu naribusq; cõtractis scalpen
tes capita delirũ senẽ loquebamini:nõne ante sepul/
chrum dñi misso archidyacono præcepisti ut alia di/
sputans conticescerẽ? Quis hæc cuiusq̃ presbytero suo
coram plæbe imperauit æpiscopus? Nõne cum una cũ
dei seruo Anastasio pergeretis ad crucem:& ad eũ om
nis ætatis & sexus turba cõflueret offerẽs paruulos:pe
des deosculãs fimbrias euellens cunq; nõ posset pro/
mouere gradũ sed in uno loco uix fluctus inundantis
populi sustineret tu tortus inuidia glorioso senẽ cla
mitabas? nec erubuisti in eius ore dicere:q̃ uolẽs & de
instustria moraret? Recordare quæso illius diei quan
do ad horã septimã inuitatus populus spe sola: quasi
postea auditurus Epiphaniũ esset detinebat quid tũc
cõcionat9 sis. Nẽpe cõtra Anthropomorphitas:q sim
plicitate rustica deum habere mẽbra quæ in diuinis li
bris scripta sunt arbitrant furens & indignans loque
baris oculos & manus & totius corporis trũcum in se
nem dirigebas:uolens illum suspectũ facere stultissi/
me hereseos:postq̃ lapsus ore arido:resupinaq; cerui/
ce ac tremẽtibus labiis cõticuisti:& tandem totius po/
puli uota cõpleta sunt. Quid tibi fecit delirus & fatu9
senex? Surexit:ut se indicaret pauca dicturũ esse:Salu/
tataq; & uoce & manu ecclia cuncta inquit quæ locu/
tus est collegio frater ætate filius meus cõtra Anthro/
pomorphitarũ hæresim bene & fideliter locutus est q̃
mea quoq; dãnatur uoce sed æquũ est:ut liqdo expli/
cemus quomõ hanc hæresim condẽnemus. Quis risus
omniũ quæ acclamatio consecuta est puto q̃ retineas
hoc est illud quod in æpistola tua loquẽtẽ illũ ad po/
pulum quæ uellet:& qualia uellet:uel laudas:uel re/
probas. Quid & hic dubius incedis? Si bona erãt quæ
loquebat cur non aperte prædicas? Si mala cur nõ cõ
stanter reprehendis? At qui columna ueritatis ac fidei
qui de tanto uiro audet dicere loquente illo ad popu
lum quæ uellet:& qualia uellet de seipso q̃ prudenter
& uerecunde:q̃ humiliter referat consideremus. Cum
inquit & nos quadam die ante eum locuti essemus: &
præsens lectio ,puocasset audiente illo: & uniuersa ec
clesia de fide & oĩbus ecclesiasticis dogmatib9 hæc lo
cuti sumus quæ & semper gratia dei indesinẽter in ec/
clesia docemus:& in catheceſibus. Rogo quæ est ista
confidentia qui tantus animi tumor? Gorgian leonti
num cuncti philosophi & oratores lacerant: q̃ ausus
sit publice sella posita polliceri respõsurũ se :de qua
quisq; se interrogare uoluisset nisi me honor sacerdo/
tii:& ueneratio nominis reseruasset:& scirẽ illd apo/
stoli:nesciebam fratres quia pontifex est. Scriptum est
enim. Principem populi tui non maledices qua uoci/ Exo.22
ferationẽ & indignatione uerborum de tua narratiõe
conquerer? Licet ipse nominis tui extenues dignitatẽ
cum patrem pene omniũ æpiscopoꝝ: & antiquæ reli/

quias sanctitatis & ope & sermone despicias. Dicis te quadã die cum ꝑsens lectio prouocasset audiente illo et uniuersa ecclesia. de fide et omnibus ecclesiasticis dogmatibus disputasse. Nõ est morari Demosthenem qui pulcherrimam orationem cõtra eschinẽ dicitur recitasse frustra recipimus tulliũ. Refert enĩ Cornelius nepos se præsente hisdẽ uerbis quibus edita est ꝑ cornelio seditioso tribuno defensionẽ parata. En lisias noster et gracchus. et ut aliquid de neotericis inferam. Qu. Aterius qui ingeniũ in numerato habebat: ut sine monitore tacere non posset: de quo egregie Cæsar augustus Qu. inquit noster inflãmandus est. Quisq̃ ne prudẽtũ & sani capitis: in uno ecclesiæ tractatu de fide & de omnib9 ecclesiasticis dogmatibus: se asserat disputasse? Quæso te ut ostẽdas mihi q̃ sit illa lectio: toto scripturarũ sapore condita: cuius te occasio ꝓuocaret. ut repẽte ad periculũ ingenii descẽderes? Et nisi tibi disertitudinis tuæ fluui9 inundasset poteras argui q̃ nõ poteras ex tempora de cunctis dogmatib9 dicere. Verũ quid hoc est? aliud promittis: & aliud exhibes. Cõsuetudo aũt apud nos istiusmodi ẽ: & his qui baptizãdi sunt: ꝑ quadraginta dies publicæ tradamus sanctã & adorandã trinitatẽ. Si te ꝑsens lectio ꝓuocauit: ut de cũctis dogmatibus una hora diceres: quid necesse fuit quadraginta dierũ replicare dotrinã? Sinaũt ea referebas: quæ ꝑ totam quadragesimã locutus es: quomodo te quada3 die: ut de cunctis dogmatib9 diceres: una lectio ꝓuocauit. S3 & hic ambigue loquit. Potest em̃ fieri ut quæ per quadraginta dies trahere solebat in ecclesia baptizandis: hæc sub unius lectiõis occasione ꝑstrinxerit: eiusdem em̃ ælo quẽtiæ est & pauca multis & multa paucis uerbis posse dicere. Hoc quoq; intelligi dat q̃ postq̃ illũ una lectio ꝓuocauit: inflãmatus ardore dicẽdi: ꝑ quadraginta dies nũq̃ tacuerit. Sed & ociosus senex eius ore dependẽs: dũ res inauditas scire desiderat: pene dormiẽs occiderit: utraq; tolerãda sunt: forsitã & hic simpliciter more suo sit locutus. Ponamus reliqua: in quibus post lacinioſæ disputatiõis labyrinthos: nequaq̃ dubiam: sed apertam ponit sentẽtia3: & miros tractatus suos hoc fine cõcludit. Cum hæc ipo ꝑsente locuti essemus: & ipe post nos cã honoris: quem ei sup omnẽ mensuram exhibuimus ꝓuocatus esset (ut diceret) ꝑdicationem nostram laudauit: atq; miratus est: & catholicam fidem omnibus declarauit. Quantum ei super omnem mensura3 honoris exhibueris declarat supra mẽsuram cõtumelia: quãdo eu3 ꝑ archidyaconum tacere iussisti: & orãtem in populis laudis cupidum per tonabas. Docent ꝑsentia de ꝑteritis. Ille ꝑ totum exin de triẽnium suas iniurias deuorat: priuataq; simulate cõtempta fide tm̃ correctionem postulat. Tu qui sum ptibus abũdas: & totius orbis religio lucrum tuum est grauissimos illos legatos tuos huc illucq; transmittis & dormiẽtem senem ad respõdẽdum suscitas: & reuera cui tm̃ honoris detuleras: iustum erat: ut tua ꝑsertim extemporalia dicta laudaret. Quia uero solẽt interdũ homines laudare quos nõ ꝓbãt: & alienã stulticiam cassis nutrire ꝑconiis non solum tua dicta laudauit: sed laudauit & mirat9 est: & ne miraculũ quoq; paruum esset catholicæ esse fidei omni populo declarauit. Hæc q̃ ꝑ uere dixerit & nos testes sumus qui audiuimus ad quos tuis uocibus uenit ex animis temere se communicasse: dicens. Rogatusq; ab omni monasterio: ut ad te de Bethleem reuerteretur tantorum ꝑces non ferens: sic reuersus est uespere: ut medio noctis aufugeret: ut litteræ ad papam Syritium ꝓbant: quas si legeris ꝓuidebis quomodo tua dicta miratus sit: & catholica declarauerit. Verum nugas terimus: & aniles & superfluas cantilenas longo sermone conuincimus. Trãseamus ad secũdam quæstione3: in qua qua si nihil sibi ꝓpositum sit: securus & ructans dormire se simulat: ut legentes faciat dormitare. Sed de reliquis quæ ad fidem ꝑtinent: sermo nobis erat: id est omniũ uisibilium & inuisibiliũ cœlestiũ fortitudinũ: & terrestriũ creaturarũ: unũ & eundẽ esse cõditorem deu3. id est sanctã trinitatẽ iuxta Dauid dicentem. Verbo dñi cœli firmati sunt: & spũ oris eius omnis uirtus eoru3 qd̃ simpliciter ostendit & hoīs creatio. Ipe est em̃ qui accepto limo de terra plasmauit hoie3: & per gratia3 ꝓpriæ sufflatõis aiam donauit rõnabilem: & liberi arbitrii nõ partem aliquam suæ naturæ iuxta quosdam qui hoc impie ꝑdicant: sed ꝓpriam cõditionem: & de sanctis angelis æque ordiunt̃ scd̃m diuinam scripturam de deo dicẽtem. Qui facit angelos suos spũs: & ministros suos ignem urentem: de quibus debem9 credere q̃ immutabilis naturæ sint: non concedit nobis diuina scriptura: dicens. Angelos quoq; qui non custodierunt suum principatum: sed dereliquerunt domicilium in iudiciũ magni dei uinculis æternis in tenebris custodiuit: quia immutati sunt. & ex ꝓpria dignitate & gloria magis q̃ dei in dæmonum ordinem abisse eos cognouimus. Animas uero hoīm & angelorũ ruinam aut ex cõuersione fieri neq; credidimus aliquãdo neq; docuimus. Absit em̃ & alienũ hoc esse a ꝑdicatione ecclesiastica cõfitemur. Quærimus utrũ aiæ añq̃ hõi paradyso fieret & plasmaret̃ adã de terra

ps. 32.

ps. 103.

K

inter rationabiles fuerint creaturas: utrum proprium ſtatum habuerint: uixerint: moratæ ſint: atq; ſubſtite/rint: & an Origenis doctrina ſit uera qui dicit cunctas rationabiles creaturas incorpales & inuiſibiles: ſi ne/gligẽtiores fuerint paulatim ad inferiora labi & iuxta qualitates locoꝝ ad quæ defluũt: aſſumere ſibi corpa Verbi gratia. Primũ ætherea: deinde aerea. Cunq; ad uicina terræ peruenerint. craſſioribꝰ corporibus circũ dari nouiſſime humanis carnibꝰ illigari iꝑoſq; dæmo nes qui ꝓprio arbitrio cũ principe ſuo diabolo de dei miniſterio receſſerũt ſi paululum reſipiſcere cœperint humana carne ueſtiri: ut hac deinceps pœnitẽtia poſt reſurrectionẽ eodẽ circuloquo in carnem uenerant: re uertant ad uiſionẽ dei liberati etiam aereis æthereiſq; corporibus: & tunc oĩa genua curuent deo cœleſtiuꝫ terreſtriuꝫ & infernoꝝ: & ſic deus oĩa in omnibus. Cũ ergo iſta quærant: cur tu omiſſis ſuper q̃bus pugna eſt de numeri tui ordine & loco certaminis egrediẽs lon/ge alienis diſputationibus immoraris? Credis q̃ cun/ctas uiſibiles & iuiſibiles creaturas unus deus fecerit: hoc & Arrius confitet qui dicit illũ inuiſibiliuꝫ: hunc uiſibilium aſſerit creatorẽ. Recte mihi de huius ſatiſfe ceris quæſtione credẽs q̃ uniuerſitatis trinitas ſit crea/trix iſtud Arriani & Hemerriani negant ſpiritũ ſanctuꝫ non cõditorem ſed cõditum blaſphemãtes. Sed quis te hoc tempore iſimulat Arrianũ? Dicis aĩas hoĩm nõ partem dei eſſe naturæ quaſi Manichæus nũc ab Epi/phanio ſis uocatus. Deteſtaris eos qui aĩas ex angelis aſſerũt fieri: & illoꝝ ruinã noſtram dicunt eſſe ſubſtã/tiaꝫ. Noli diſſimulare qd̃ noſti nec ſimplicitate quod non habes fingere nec Origenes unq̃ dixit ex angelis aĩas fieri cum iꝑos angelos nomẽ eẽ officii doceat nõ naturæ. In libris eñ περιαρχον: & angelos & thronos & dñationes: poteſtates & rectores mũdi & tenebraꝝ & omne nomẽ quod nominat nõ ſolum in præſenti ſeculo: ſed in futuro dicit aĩas eſſe eorum corporum quæ uel deſiderio uel miniſterio ſuſceperint. Solemq; iꝑm & lunam & omniũ aſtrorum chorum eſſe animas rationabiliũ quõdaꝫ & incorporaliũ creaturarũ quæ nunc uanitati ſubiectæ ignitis uidelicet corpibus quæ nos imperiti & rudes luminaria mũdi appellamus li/berabunt a ſeruitute corruptõis in libertatem gloriæ filiorum dei. Vnde omnis creatura cõgemiſcit & par/
Ro.7. turit: & apoſtolus deplorat dicẽs. Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Non eſt iſtius temporis cõtra dogma gentiliũ & ex parte pla/tonicũ ſcribere. Ante annos ferme decem in cõmẽta/riis Eccleſiaſtes: & i explanatõe æpiſtolæ ad Epheſios Arbitror ſenſum aĩæ meæ prudentibus explicatũ hoc nunc rogo qui tanta loqueris qui de cunctis ſermoni/bus ſub uno tractatu ediſſeris ueritatẽ ut reſpõdeas ſci ſcitantibus breuẽ abſolutamq; ſententiã. Quando plaſ L.
mauit dens hominẽ ex limo: & per gratiã ꝓpriæ inſuf flationis ei animam tribuit. Vtrũ illa anima fuerit an/te & ſubſtiterit: & ubicũq; uerſata ſit quæ dei poſtea in ſufflatione donata eſt: & in ſexto die quãdo corpus ex limo formatũ eſt & eſſe & uiuere dei poteſtate ſuſcepe rit. De hoc taces: & quid quæriꝫ ſcire diſſimulans in ſupfluis queſtionibꝰ occuparis. Origenẽ relinquis in tactum & contra Martionem Apollinarẽ. Eunomiũ, Arrium. Manichæũ: cæterorũq; hæreticoruꝫ ineptias debaccharis manum peteris: & pedem porrigis & ta/men dogma quod retines: latenter inſinuas: ſic nos ruſticos placas ut tuis penitus non diſpliceas. Dicis ex angelis dæmones: potius q̃ animas fieri: quaſi nõ & ipſi dæmones iuxta Origenẽ hoc eſt pium aĩæ ſint aerei corporis & hoc eſt impium: ex dæmonibus poſt ea ſi reſipiũt hũanæ aĩæ ſint futuri ãgeloſ ſcribis eẽ mu tabiles & ſub eo qd̃ piũ ẽ illud qd̃ ĩpiũ ẽ introducis ut multis periodis animæ fiant ex dæmonibus nõ ex an gelis ſed apparentibus ex manifeſtius fieri: finge ali/quem tribunitiæ poteſtatis ſuo uitio degradatũ ꝑ ſin/gula militiæ equæſtris officia ad tyronis uocabulum deuolutum non ex tribunitio ſtatim ſit tyro ſed ante primicerius. Deinde ſenator: ducenarius: puer: tyro ſed primicerius factus eſt. Docet Origenes per ſcaleꝫ Iacob paulatim rationabiles creaturas ad ultimũ gra dum: id eſt ad carnem & ſanguinẽ deſcendere: nec fie ri poſſe: ut de centenario numero ſubito quis ad unũ numerum præcipitet: niſi per ſingulos numeros qua ſi per ſcalæ gradus ad ultimum uſq; perueniat: & tot mutare corpora: quod de cœlo ad terraꝫ mutauerint manſiones. Hæ ſunt ſtrophæ ueſtræ atq; præſtigiæ qui bus nos piloſiores & animales homines dicitis: quia non recipiamus ea quæ ſpiritus ſunt. Vos Hieroſoly/mitæ etiam angelos deridetis: pertrahuntur in medio ueſtra myſteria: & de gentilium fabulis dogma conte xtum: chriſtianis auribus publicatur. Hoc quod uos imitamini olim in Platone contempſimus. Contem pſimus autem: quia Chriſti ſtulticia: quia fatuum dei ſapientius eſt hominibus: non pudet chriſtianos & ſacerdotes: quaſi de rebus ludicris agatur uerbis dubiis hærere. Et ambiguas librare ſententias qui/bus loquens magis q̃ audiẽs decipitur: unus ex cho/ro ueſtro cũ a me teneret ut diceret q̃d ſentiret de aĩa fuiſſet ne ante carnẽ an nõ fuiſſet fuiſſe rñdit ſimul cor

pus & aiam sciebā hoiem hæreticū laqueos in sermo/ ne quærere: tādē retexi eū fateri ex quo corpus aiasset: extūc eam dicere aiam nūcupatam: quæ prius uel dæ/ mon: uel angelus sathanæ: uel spūs fornicatiōis: aut in parte cōtraria dñatio potestas administrator spūs: aut nūcius appellata sit. Sic fuit aia anteq̄ Adam i pa radyso formaret: in quolibet statu & ordine: & uixit & erit aliquid. Neq; em̄ possumus incorporalē & æter nam immobilem torpētēq; sentire. Necesse est em̄ ut aliqua cā p̄cesserit: cur quæ prius sine corpe fuit: post ea circūdata sit corpore: sic cōtra naturā esse in corpo re. Ergo resurrectio corporis cōtra naturā erit: sed nō fiet resurrectio contra naturam. Ergo iuxta sniam no strā corpus qd̄ cōtra naturā est: resurgens aiam nō ha bebit. Dicis aiam nō esse de dei substātia pulchre. Dā nas em̄ impiissimū Manichæū quē noiare pollutio ē. Dicis ex angelis aias nō fieri: acqesco pauliſper: licet nouerim quo sensu dixeris: quia ergo didicimus quid
M neges uolumus scire qd credas. Accepto inquis de ter ra limo plasmauit deus hoiem: & p gratiam ꝓpriæ in sufflatiōis aiam donauit rationabilem & liberi arbi/ trii nō partem aliquam suæ naturæ (iuxta quosdam q hoc impie p̄dicāt) sed ꝓpriam uoluntatē. Videte quā/ to circūitu qd̄ nō quærim9 eloquat̄. Scimus q̄ de ter ra deus plasmauit hoiem: nouimus q̄ insufflauit in fa ciem eius: & factus est in aiam uiuentē: nō ignoramus q̄ aia rationalis sit & ꝓprii arbitrii: & scimus q̄ dei il/ la cōditio sit. Nemo dubitat errare manichæum: q̄ di/ cit eum esse de dei substātia. Hoc nūc interrogo. Ani/ ma ista dei conditio: liberi arbitrii rationalis neq; de substātia creatoris quādo facta sit: utrum eo tempore quo de limo factus est homo: & insufflatū est spiracu lum uitæ in faciē eius: an quæ prius fuerit: & inter ra/ tionabiles creaturas & incorporeas erat atq; uiuebat: dei postea insufflatione donata sit. Hic taces: hic sim/ plicem & rusticū te simulas: & sub uerbis scripturæ: ea quæ scriptura nō sentit abscōdis. In eo loco ubi dicis: q̄ nullus quærit: nō illam partē aliquā esse diuinæ na turæ: iuxta quosdā qui hoc impie p̄dicāt: illud magis debueras dicere qd̄ omnes quærimus: non eam quæ prius fuerat: nō eam quam ante cōdiderat quæ inter rationabiles atq; incorporeas & inuisibiles creaturas multo iam tempore uersabant̄ nihil hoꝝ loqueris ꝓ/ ducis nobis Manichæū: & abscōdis origenem: & sicut paruulis cibū poscētibus ludicra quædā offerūt geru/ læ: ut auocent mētes eorū: sic tu nos rusticos auocas: & alia respōdes ut dum alterius psonæ nouitate tene mur qd̄ uolum9 nō quæramus: esto hoc nō loquaris: & simplicitas tua nihil in se habeat qd̄ callide taceas qui ergo de aia semel dicere icœperas & de tāta re an te exordiū cōditionis humanæ repetere: cur dispensa tione pēdēte ad angelos & ad dispēsationē dñici cor poris repente trāscendis? & cā in medio p̄termissa nō soluis dubia nostra: sed in luto hærere nos pateris? Si insufflatio (qd̄ non uis: & quod nūc relinquis ambi/ guum) humanæ animæ cōditio est. Eua in cuius faciē non insufflauit deus. unde aiaꝫ habuit? Taceo de eua quæ in typo eccleſiæ de costa uiri ædificata non debet post tanta sæcula nepotuꝫ calumniā sustinere. Cayn & Abel primi ex primis hominib9 unde habuere ani mas? Omne deinceps humanum genus quibus aiaꝫ censetur exordiis? Vtrum ex radice iuxta bruta anima lia: ut quomodo corpus ex corpore: sic anima genere tur ex anima? an rationabiles creaturæ desiderio cor/ porum paulatim ad terram delapsæ nouissime etiam humanis alligatæ corporibus sint? An certe quod ec/ clesiasticū est scd̄m eloquia saluatoris. Pater usq; mo do operatur: & ego operor & illud Esaiæ. Qui formatEsa. 27.
spm̄ hois in ipso: & in psalmis. Qui fingit per singu/ ps. 32.
los corda eorum quotidie deus fabricet̄ animas? Cu/ ius uelle fecisse est: & conditor esse nō cessat. Scio quæ N
cōtra hæc soleatis dicere: & adulteriora nobis atq; in/ festa ꝓponere quæ lōgior pugna nec huius temporis patiet̄ angustias. Eadem controuersia & uos retoꝛque ri potest: & quodcunq; in conditorem p̄sentis tempo ris uidet̄ indignum: hoc etiam & donante eo non est indignū. Nasci de adulterio nō eius culpa est qui na/ scit̄: sed illius qui generat. Quomodo em̄ in semini/ bus nō peccat terra quæ fouet: nec semen qd̄ in sulcis iacit̄: nec humor & calor quibus temperata frumen/ ta in germē pullulant. Sed uerbi gratia. Fur & latro q fraude exinde eripit semina. Sic in generatiōe homi/ nū recipit terra: id est uulua qd̄ suū est. & receptum cō fouet cōfotū corporat corporatū in mēbra distinguit Et inter illas sacri uentris angustias dei manus semp operat̄. Idēq; est corporis & animæ creator. Noli de/ spicere bonitatē figuli tui qui te plasmauit: & fecit ut uoluit. Ipse est dei uirtus & dei sapiētia qui in utero uir ginis ædificauit sibi domuꝫ. Iepte inter uiros sanctos apli uoce numerat̄ meretricis est filio9. Sed audi: ex re becca & isaac esau genit9 hisbid9 tā mēte q̄ corpe: q̄si bonū triticū in loliū auenasq; degenerat: quia non in seminibus: sed in uoluntate nascentium causa est ui/ tiorum atq; uirtutum. Si offensa est nasci in corpori/ bus humanis: quomodo Isaac. Sampson. Iohan/ nes Baptista de repromissione nascuntur? Intelligis

quid sit uitã suã audacter & libere ꝓfitẽri: pone ẽrrare me apte dico qd' sentio. Et tu ergo aut libere nostra ꝓfitere: aut cõstãter tua loquere: noli statuere te in acie mea: ut rusticitate simulata in tuto abeas: cũ uolueris pugnãtis terga cõfodere. Nõ est istius tpis cõtra origenis dogmata cõscribere: alteri istud si xp̃s uitã dederit operi dedicamus. Nũc quærit' ad eã quibus arguit' respõdere: & simplex sit & apta eiꝰ respõsio. Trãseamus hinc ad famosissimã de resurrectione carnis & corporis quæstionẽ: in qua te rursum lector admonitũ uolo ut timore & iudicio dei me scias loq & te audire debere. Neq; em̃ tãtæ stulticiæ sum: ut si in expositõe illius fides mera est: & pfidiæ nulla suspitio quærã accusandi rationẽ. & dũ uolo aliũ notare culpæ: ipe noter calũniæ. Lege ergo de resurrectõe dñicæ carnis: quæ scripta sũt & cũ legeris & placuerit (scio ei placitura ignorãtibus) suspẽde iudiciũ expecta paulisp atq; usq; ad finẽ rñsiõis nostræ cohibe sentẽtiã: & si tibi postea placuerit: tũc nos calũniæ denotabis: passionẽ quoq; eiꝰ in cruce & morteꝫ ac sepulturã quæ uniuersa seruauit ac resurrectionẽ ueritate & nõ putatiue cõfitemur qui & primogenitus & mortuis primitias massæ corporuꝫ nostroꝝ quasi in sepulchro positas puexit ad cœlum spẽ nobis resurrectõis in resurrectiõe ꝓpri i corpis tri/
1. Cor. 2. buẽs: unde & oẽs sic speramus resurgere. Quæ em̃ iuxta apl'm seminant' in corruptõe: resurgẽt i icorruptiõe quæ seminant' in ignobilitate surgẽt in gloria. Semi/
nat' corpus aiale surget corpus spiritale: de qbus & sal/
Mat. 22. uator docẽs locutꝰ est. Qui em̃ digni fuerint sæculo illo: & resurrectiõe ex mortuis neq; nubẽt neq; nubent' neq; ultra mori poterũt: sed erũt sicut angeli dei: cum sint filii resurrectiõis. Rursum in alia pte æpl'æ: hoc ẽ in fine suoꝝ tractatuũ ait. Auribus illudẽs nascentiuꝫ strepitũ resurrectiõis ac põpã ac uerboꝝ ambiguitate liberauit: sꝫ neq; a secũdo glorioso aduẽtu dñi nostri iesu xp̃i intermisimus q uẽturus est in gloria sua iudicare uiuos & mortuos: ipe em̃ suscitabit oẽs mortuos & ante suũ tribunal faciet esse: & unicuiq; reddet secũ dũ qꝰ egit ꝓ corpus siue bonũ siue malũ. sꝫ ut coronãdus in corpe qꝰ caste egit & iuste aut cõdẽnãdus qꝰ uoluptatibus pariter iniqtatibusq; seruiuit: hoc qd' i euã/
Mat. 13. gelio legimus. In cõsummatõe mũdi. Si fieri põt seduci etiã electos in hoc opat' capl'o cũ turba iperita: aut uulgus indoctũ mortuos & sepultos audit resurrectionẽ mortuoꝝ ueritate & nõ putatiue confiteri ac primitias massæ nostroꝝ corpoꝝ: & deũ corpe ad cœlestia pueniss̃e: auditq; resurrecturos nõ i pegrinis alienisq; corporibus: quæ assumunt' i fantasmate: sed sicut surrexit dñs in corpe: qd' apud nos i sancto sepulchro cõditũ iacuit: ita & nos in ipis corpibus qbus nũc circundamur & sepelimur in die iudicii resurrecturos: & ne hoc parũ quis æstimaret: addidit in extremo capitulo & unicuiq; reddet scd'm qꝰ egit in corpe: siue bonũ sive malũ sꝫ ad coronãdũ in corpe qd' caste egit & iuste aut cõdẽnãdũ quod uoluptatibus & iniquitatibus seruiuit. Hæc audiens indoctum uulgus in tanto mor O
tuorum sepulti corporis resurrectionis sonitu nullam strophã nullas insidias suspicat'. Credit esse qd' dicit' Sãctiores em̃ sunt aures populi q̃ sacerdotis animus. Iterũ atq; iterũ te lector cõmoneo: ut patiẽtiã habeas: et discas qd' ego quoq; ꝓ patiẽtiam didici: & tñ anteq̃ uultũ dictiõis euoluam: & dogma origenis de resurrectiõe breuiter exponam nõ poteris uim scire antidoti nisi uenena spexeris. Illud diligẽter obserua & caute relegens memora qꝰ nouies resurrectionẽ nominans corporis: nec semel quidez carnis inseruit: suspectũq; tibi sit qd' de industria ptermisit. Dicit ergo origenes in pluribus locis & maxime in libro de resurrectione quarto: & in expositionẽ primi psalmi: & in stromatibus: duplicẽ errorez uersari in ecclesia nostroꝝ & hæreticoꝝ nos simplices et philosarcas. id est amatores carniũ dicere qꝰ eadẽ ossa et sanguis et caro idẽ uultus et mẽbra totiusq; corpis particulæ resurgẽt in nouissima die. sꝫ ut pedibus ambulemus operemur manibus uideamus oculis auribꝰ audiamꝰ circũferamusq; uẽtrẽ insatiabilem: et cibos stomachũ cõcoquentem. Cõsequẽs aũt esse q ista credamus dicere nos qꝰ a nobis comedẽdũ sit et bibẽdũ dirigẽda stercora et effundẽdus humor ducẽdæ uxores liberi procreãdi quo em̃ mẽbra genitalia: si nuptiæ nõ erũt quo dẽtes si cibi nõ molẽdi sunt. Quo uẽter et cibi si iuxta apl'm et hic et il 1. Cor.
li destruent' ipo iterum clamãte. Caro & sanguis re/ 1. Cor.
gnum dei nõ possidebũt neq; corruptio incorruptionem: hæc nos innocẽtes et rusticos asserit dicere. Hæreticos uero in quoꝝ pte sunt Martion Appelles. Valẽtinus. Manes: nomẽ isaniæ penitus et carnis et corporis resurrectionem negare: et salutẽ tm̃ tribuere animæ frustraq; dicere: nos ad exẽplũ dñi resurrecturos: 1. Cor.
cum ipe quoq; dñs in fantasmate resurrexerit et nõ solũ resurrectio eius: sed ipa natiuitas Τοδοκειν: id est putatiue magis uisa sit q̃ fuerit. Sibi autem utrãq; displi/
cere sententiam fugere se et nostrorum carnes: et hæreticorum fantasmata: quia utraq; pars in contrariuꝫ nimia sit. Aliis id esse uolentibus quod non erũt aliis resurrectionem corporum omnino denegantibus.
Quattuor inquit ælementa sunt: pbilosophisq; nota

inquit elemēta sunt philosophisq; nota & medicis de quibus omnes res & copora humana cōpacta sunt terra: aqua: aer: & ignis. Terrā in carnibus: aerem in habitu: aquā in humore: ignē in calore intelligi. Cum ergo anima caducū hoc fœdūq; corpusculū dei iussiōe dimiserit: paulatim oīa redire ad materiæ suæ substantias carnes in terrā elabi halitū in aera misceri humorem reuerti ad abyssos calorē ad æthera subuolare. Et quomodo si sextariū lactis & uini mittas i pelagus si ueliscq; rursum separare qđ missum est. Vinū quidē & lac qđ miseras non periere tamē nō posse qđ fusuꝫ est separari sic substantiā carnis & sanguinis nō perire quidē in originalibus materiis non tñ in antiquam speciem redire nec posse ex toto eadē esse quæ fuerint. Cum aūt ista dicant soliditas carniū: sanguinum uis crassitudo neruoꝝ uenarūq; perplexio: & ossium duricies denegat. Alia ratiōe resurrectionē corpoꝝ cōfitemur eorū quæ sepulchris posita sunt dilapsaq; in cinerem. Pauli apostoli: & singuloꝝ singula neq; em̄ fas ē ut in aliis corporibus animæ peccauerint in aliis torqueant nec iusti iudicis alia corpora p̄ christo sanguinem fundere & alia coronare. Quis hæc audiēs resur-
p rectionē carnis eū negare putat. Est inqt singulis hoi bus ratio quædā a deo artifice insita quæ futuras materias in medullæ principiis tenet & quomodo tanta arboris magnitudo truncus: rami: poma: folia nō uidētur in semine sunt tamē in ratione seminis quā græci σπερματικον uocāt & in grano frumēti est intrinsecus uel medulla uel uenula quæ cū in terra fuerit dissoluta trahit ad se uicinas materias: & in stipulā: folia aristaſq; cōsurgit neq; em̄ in grano radices culmus: folia aristæ paleæ dissoluta sunt. Sic & in ratione humanorum corpoꝝ manent quædā surgēdi antiqua principia & quasi σπερματικον: id est seminarium mortuoꝝ sinu terræ cōfouet. Cum autem iudicii dies aduenerit & in uoce archangeli: & in nouissima tuba tremuerit terra mouebunt statim semina & in puncto horæ mortuos germinabūt non tñ easdē carnes nec in his formis restituēt quæ fuerūt. Vis scire uerū esse qđ dicimus? audi
1.Cor.15. ap̄lm. Sed dicit aliquis quō resurgēt mortui? quo autē corpore ueniēt? insipiēs tu quod seminas non corpus qđ futurū est seminas. sed nudū gradū: ut puta tritici: uitis: & arboris. Et quia de grano tritici ac semēte uerboꝝ expteiā diximꝰ nūc de acino uinacii disseramus granū paruū est ita ut uix duobus digitulis teneri possit. Vbi sunt radices: ubi radicū & trunci: & p̄paginuꝫ tortuosa pplexio? Vbi pāpinoꝝ umbracula: & uuarū pulchritudo futura uina pturiēs? Aridū est qđ tenet & pene uix cernit: sed in sicco illo grano potentia dei & occulta ratione semētis spumātia musta sinuant hoc ligno tribuis homini nō tribuis. Quod periturū sic ornat qđ māsurū nō est nec pristinā recipiet uilitatē: & uis rursus ossa sanguinē mēbra ut crescētibus capillis tonsore egeas: nasus pituitas digerat: incrementa unguiū secanda sint inferiores partes uel stercora uel libidines effluāt. Si affers istas ineptias rusticoꝝ & carnis in qua deo placere nō possumus q̄si inimici obliuisceris resurrectionē mortuoꝝ. Seminat i corruptione surget i icorruptōe. Seminat in cōtumelia: surget in gloria. Seminat in infirmitate: surget in uirtute. Seminat corpus animalæ surget corpus spiritale. Nūc oculis uidemus: auribus audimus: manibus agimus pedibus ambulamus. In illo autē corpore spiritali toti uidebimus: toti audiem9: toti operabimur: toti ambulabimus: & trāsfigurabimur: id est metastematice membroꝝ quibus nūc utimur diuersitas denegabit. Aliud nobis spiritale & æthereū p̄mittit: qđ nec tactui subiacet: nec oculis cernit: nec pōdere p̄grauat: & p̄ colorū in quibus futurū est uarietate mutabit. Alioquiꝫ si eadē carnes erunt & corpa quæ fuerūt rursuꝫ mares & fœminæ: rursum nuptiæ: uiris hirsutū supciliū barba p̄lixa: mulieribus genæ lenes: & angusta pectora & cōcipiēdo & parturiēdo fœtus: uenter & femora dilatanda sunt. Resurgēt etiā infantuli: resurgent & senes illi nutriēdi sunt: hi baculis sustentādi. Nec uos o Qui
simplices resurrectio dñi decipiat: q̄ latus & manus mōstrauerit: in littore steterit in itinere cum Cleopha ambulauerit & carnes & ossa habere se dixerit illud corpus aliis pollet priuilegiis: de uiri semine & carnis uoluptate non natum est. Comedit post resurrectōeꝫ suam: & bibit: & uestitus apparuit: tangendū se præbuit: ut dubitātibus apostolis fideꝫ faceret resurrectionis. Sed tñ non dissimulabat naturā aerei corporis & spiritalis. Clausis ingredit ostiis: & in fractione panis ex oculis euanescit. Ergo & nobis post resurrectionē bibendū est & comedendū: & post resurrectionē stercora dirigēda. Et ubi erit illa p̄missio: Oportet morta- 1.Cor.15
le hoc induere imotalitatē? Hæc est oīs causa q̄ exposi tione fidei tuæ ad decipiēdas aures ignorātiū nouies corp9 & nec semel carnes noīas dū hoīes putāt te carnes in corporibus confiteri & idem carnes esse qđ corpus. Si idem est: non diuersum significat. Scio enim te hoc esse dicturum: putaui idem corpus esse quod carnem: simpliciter sum locutus. Quare non carnes potius nominas: ut corpus significes: & indifferenter nunc carnē: nunc corpus: ut & corpus in carne

& caro ī corpe demōstrē? Sꝫ mihi crede: nō ē ſimplex ſilentiū tuū. Alia em̄ carnis: alia corpis definitio ē: ois caro eſt corpꝰ nō oē corpꝰ ē caro. Caro eſt ꝓprie q̄ ſanguine: uenis oſſibus neruiſq; cōſtringit. Corpus q̄q̄ & caro dicat interdū tn̄ æthereū uel aereum nominatur Quod tactui uiſuiq; non ſubiacet: & plærūq; uiſibile ē
1. Cor. 15 atq; tāgibile. Paries corpus eſt: ſed nō caro. Vnde apoſtolus corpora cœleſtia appellat & corpora terreſtria cœleſte corpus ſolis: lunæ: ſtellarum. Terreſtre: ignis aeris aquæ terræ: & reliquoꝝ quæ abſq; anima his ſentiūtur elementis. Vides nos intelligere ſubtilitates ueſtras: & archana: quæ in cubiculis & inter pfectos loquimini. Et quæ populus foris ſtās nec meret audire ꝓfertis in medium. Hoc eſt illud qd̄ reducta ad auricu
ps. 44. lā manu: & cōcrepātibus digitis: ridētes dicitis. Om/
Cañ. 2. nis gloria filiæ regis intrinſecus. Et introduxit me rex in cubiculū ſuum. Patet quare corporis: & nō ſanguinis reſurrectionē dixeris: ſcꝫ ut nos rudes carnē te dicere putaremus in corpore. & hi q ꝓfecti ſūt intelligerent carnē in corpore denegari. Deniq; apl'us in æpl'a
Col. 1. ſua ad Colocēſes. Volens corpus xp̄i carneū & nō ſpiritale aereū tenue demōſtrare ſignificāter locutus eſt dicēs. Et uos cum eſſetis aliqn̄ alienati a xp̄o: & inimici ſenſus eius in operibus malis recōciliauit in corpore carnis ſuæ per mortem. Rurſumq; in eademq; æpiſtola. In quo circunciſi eſtis circūciſione non manufacta in expoliatione corporis carnis: ſi corpus carnem ſolū ſignificat: & nō eſt nomē ambiguū nec ad diuerſas intelligētias trahi pōt: ſatis ſupflue corporeū & carneum dicit: quaſi caro nō itelligat in corpore. In ſymbolo fidei & ſpei noſtræ qd̄ ab apoſtolis traditum eſt qd̄ nō ſcribit in charta & attramēto: ſed ī tabulis cordis carnalibus poſt cōfeſſionem trinitatis & unitatem eccleſiæ: omni xp̄iani dogmatis ſacramentum carnis reſurrectione includit. Et tu intātū in corporis & iterū corporis & tertio corporis: & uſq; nonies corporis uel ſermone uel numero immoraris: nec ſemel noīas carnē qd̄ illi ſemel noīant carnē corpus uero tacent. Sed & illud qd̄ argute ſubnectis & p̄caues prudēterq; diſſimulas ſcito nos intelligere: his em̄ teſtimoniis ueritatē reſurrectōis ꝓbas: qbus origenes negat: & de dubiis incerta cōfirmās certā fidei domū ſubita tēpeſta/
1. Cor. 15 te ſubuertis. Seminat inq; corpus aīale: ſurget corpꝰ ſpiritale: neq; em̄ nubēt: neq; nubēt: ſed erūt ſicut angeli ī cœlis. Quæ alia exēpla aſſumeres ſi reſurrectionē carnis ueritate & nō putatiue ut loqueris cōfitereris. Poſt illa qbꝰ ignorātiū blāditus es auribꝰ q̄ ī ipis corpibus: in qbus mortui ſumus & ſepulti reſurgemꝰ hoc potius adiūge & dic. Quoniā ſpūs carneꝫ & oſſa non habet. ſicut me uidetis habere: & ꝓprie acl Thomā. Infer digitū tuū in manus meas: & manū tuā ī latus meū: & noli eſſe incredulus: ſed fidelis. Sic & nos poſt reſurrectionē eadē habebimus mēbra qbus nunc utimur eaſdem carnes & ſanguinē & oſſa: quoꝝ ī ſcripturis ſanctis opera nōnatura dānant. Deniq; in Geneſi ſcriptum eſt? Non ꝑmanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis qa caro ſunt. Et Paulus apoſtolus de prima doctrina & operibus iudæoꝝ. Nō acquieui ait carni & ſanguini. Et ad ſanctos qui utiq; in carne erāt dicit? Vos autem in carne nō eſtis: ſed in ſpiritu: ſi tn̄ dei ſpiritus habitat in uobis negās em̄ eos in carne quos in carne eſſe cōſtabat: nō carnis ſubſtātia: ſed peccata damnabat. Hæc eſt uera reſurrectiōis cōfeſſio: quæ ſic gloriā carni tribuit: ut auferat ueritatē: qd̄ uero dicit apoſtolus: corruptibile hoc & mortale hocipſum corpus. id eſt carnē: quæ tūc uidebat oſtēdit. Quod autē copulat induere incorruptionē & īmortalitatē. illud indumētū. ī. ueſtimētūnō dicit corpus abolere qd̄ ornat in gloria: ſed qd̄ ante īglorioſum fuit efficere glorioſum: ut mortalitatis & īfirmitatis liuēte ueſte depoſita īmortalitatis auro: & (ut īta dicam) firmitatis atq; uirtutis induamur uolētes nō ſpoliari carne: ſed ſuperuestiri in gloria: & domiciliū noſtꝝ qd̄ de cœlo ē ſup indui deſiderātes ut deuoret mortale a uita. Certe nemo ſupinduit: niſi q ante ueſtitus ē. Sic & dn̄s noſter in mōte trāſfiguratus eſt in gloria: nō ut manus ac pedes cæteraq; mēbra pderet: & ſubito in rotūditate uel ſolis uel ſphære uolueret: ſed eadē mēbra ſolis fulgore rutilātia apl'oꝝ oculos pſtringerēt: unde & ueſtimēta eius mutata ſunt in cādorē nō īn aerē ne forte & ueſtes eius aſſeras ſpiritales et facies inqt fulgebat ſicut ſol. Vbi aūt facies noīat: æſtimo q̄ & cætera mēbra cōſpecta ſunt. Enoch trāſlatꝰ eſt in carne. Helias carneꝰ raptus eſt in cœlū. Necdū mortui & paradyſi iā colo
ni habēt quoq; mēbra cū qbus rapti ſunt: atq; trāſlati qd̄ imitat ieiunio illi poſſidēt cōſortio dei ueſcuntur cœleſti pane & ſaturant oī uerbo dei: eūdē habentes deum: quem & cibum. Audi ſaluatorē dicentē. Et caro mea requieſcet in ſpe. Et in alio loco. Caro eius nō uidit corruptionem. Et rurſuꝫ. Omnis caro uidebit ſalutare dei: & ſemper ingeminans proferat magis hæc Ezechiel qui oſſa iungens oſſibus: & educens ea de ſepulchris ſuis: & ſuper pedes ſtare faciens carnibus neruiſq; conſtringit: & cute deſuper tegit. Tonet iob tormentorum uictor: et teſta radens putridæ carnis ſaniem miſerias ſuas reſurrectionis ſpe & uerita/

Luc. 1
Io. 20.
Gen. 6
Gal. 1
R
ps. 15.
Actu. 2
Luc. 3
Eze. 3
Iob. 2
Mat. 1

sup oia appellatio est. Pater arcani & ineffabilis sacra
menti uocabulum est. Deum cum audis substantiam
intellige sine initio sine fine simplicē sine ulla admix
tiōe iuisibilē icorpeū ieffabilē: iestimabilē i quo nihil
adiunctū nihil erectuz sit sine auctore. Est em̄ ille qui
est oino oim auctor. Patrem cum audis filii intellige
patrē: q filius supradictæ sit imago substantiæ. Sicut
em̄ nemo dicit' dns nisi habeat uel possessionē uel ser
uum cui dominet' & sic nemo magister dicit' nisi disci
pulum habeat ita & pater nullo pacto qs dici pōt ni/
si filiū habēs. Hoc igit' ipo noīe quo deus pater appel
lat' cū patre pariter subsistere etiā filius demōstratur.
Quō aūt deus pater genuerit filiū nolo discutias: nec
Ee te curiosius ingeras ī ꝓfundo archani: ne forte dū in/
accessæ lucis fulgorē ptinacius pscrutaris exiguum ip
sum q mortalibus diuino munere cōcessus est perdas
aspectum. Aut si putas in hoc oī indignatiōis genere
utēdū: prius tibi ꝓpone quæ nostra sunt: quæ si conse
quēter ualueris expedire tūc a terrestrib9 ad cœlestia
& a uisibilib9 ad inuisibilia ꝓperato. Expedi primo si
potes quō mens quæ intra te est generet uerbū: & qd
sit in ea memoriæ spūs: quō hæc cū diuersa sint rebus
& actibus: unum tn̄ sint uel substātia uel natura: & cū
emēte ꝓcedāt nūq̄ tn̄ ab ipa separent'. Et si hæc q̄uis
in nobis & maxime nostra substātia habent' tn̄ tanto
nobis occulta uident' quanto aspectui corporeo inui
sibilia. De aptioribus reqram9. Fons quomodo in se
generat fluuium? quo autem spū rapidum fert' fluētū.
Quid'est q̄ dum unū & inseparabile sit fluuius & fōs:
nec fluuius fons: nec fons fluuius intelligi aut appel/
lari pōt: & tn̄ q uiderit fluuium uiderit & fontem. Ex/
erce te prius in horum explanatione: & discute si po/
tes quæ habent' in manibus: & tūc ad horum similio
ra ueniemus. Nec putes q̄ te statim de terra ascende/
re suadeam sup cœlos: sed prius si te placet ad istud
firmamentum qd' oculis uidet' educam: & ibi si potes
naturam hui9 uisibilis luminis discute quo mō ignis
iste cœlestis generet ex semetipo splēdorē lucis: quo
modo etiā ꝓducat uaporem & cum tria sint in rebus:
unum tamen sunt in substantia. Quod & si hæc singu
la inuestigare potueris scito adhuc diuinæ generatio
nis mysterium tanto esse differentius & eminēti9 quā
to creator creaturis potentior quanto artifex ope suo
ꝓstātior quāto ille q sp est eo q̄ ex nihilo cœpit eē no
bilior. Credendus est ergo de9 esse pater unici filii sui
dñi nostri: nō discutiendus. Neq; em̄ fas est seruo de
natalibus dñi disputare. Contestatus est pater de cœ
lis dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi be/ Mat. 3.
ne complacui ipm audite. Pater ipm dicit esse filium
suum: & ipm audiri iubet. Filius dicit. Qui uidet me: Ioh. 14.
uidet & patrem meum. Ego & pater unum sumus. Et
ego ab eo exiui & ueni in hunc mūdum. Quis est q̄ in Ioh. 10.
ter has patris & filii uoces medius se discussor interse Ioh. 16.
rat: & diuinitatem diuidat affectum separet substātiā
rumpat spm̄ secet neget esse uerum quod ueritas dicit
Est ergo deus pater uerus tanq̄ ueritatis pater: nō ex/
trinsecus creās sed ex eo qd' ipe est filiū generās id est
quia sapiens sapientiam q̄ iustus iusticiāq̄ sempiter
nus sempiternū q̄ immortalis imortalē q̄ iuisibilis
iuisibilē q̄ lux splendorē q̄ mēs uerbū. Quod aūt di
ximus oriētis eccleias tradere unū uerū deū patrē oī/ Ff
potētē: & unū dñm hoc nō itelligēdū ē unū nūero di
ci: sed uniuersitate. Verbi gratia. Si quis dicat unū ho
minem aut unum equum hic unum ꝓ numero posuit
potest em̄ & alius homo esse & tertius uel equus. Vbi
autem secundus uel tertius non potest iungi: unus si
dicatur nō unitatis sed uniuersitatis est nomen. Vt si
exempli causa dicamus unum solem: hic unus ita di/
citur: ut uel alius uel tertius addi non possit: Vnus est
em̄ sol multo magis ergo de9 cum unus dicitur unus
non numeri sed uniuersitatis uocabulo nuncupatur.
id est qui propterea unus dicitur q̄ alius non sit. Simi
liter & de domino accipiendum est q̄ unus sit domi/
nus iesus xpus ꝑ quem deus pater dominatum om
nium tenet. Vnde & sequēs sermo omnipotentem ꝓ/
nunciat deum omnipotēs autem ab eo dicitur q̄ om/
nium teneat potentatum. Tenet autem omnia pater
per filium sicut & apostolus dicit. Quia p ipsum crea/
ta sunt omnia uisibilia & iuisibilia: siue throni siue do
minationes siue principatus siue potestates. Et iterū Col. 1.
ad hebræos scribens dicit. Quia per ipsum sæcula in/ Hebr. 1.
stituit: & ipsum constituit hæredem uniuersorum.
Quod si per ipsum sæcula instituit pater: & per ipsum
creata sunt omnia: & ipse est hæres omnium per ipm
ergo & potentatum omnium tenet quia sicut lux de
luce & ueritas de ueritate: ita de omnipotente omni/
potens natus est. ut in Apocalypsi Iohānis scriptum Apo. 4.
est. Et requiem non habent die ac nocte dicentes
Sanctus : sanctus sanctus dominus deus sabaoth.
qui erat & qui est & qui uenturus est omnipotens.
Omnipotens ergo dicitur qui uenturus est. & quis

est alius q̃ uenturus est nisi iesus xp̃s filius dei. His ad
Gg dic̃ inuisibilem impassibilem. Sciendũ q̃ duo isti ser/
mones in eccl̃iæ Romanæ symbolo nõ habent̃. Con
stat aũt apud nos additos hæreseos cã Sabellii illius
p̃fecto quæ a nostris patripassia appellat̃: id est quæ
patrem ip̃m uel ex uirgine natum dicit & uisibilem fa
ctũ esse uel passum affirmat in carne. Vt ergo exclude
ret̃ talis impietas de patre uident̃ hæc addidisse ma/
iores: & inuisibilẽ patrẽ atq; impassibilem dixisse: Cõ/
stat em̃ filium nõ patrẽ incarnatũ: et ex carne natum
et ex natiuitate carnis filiũ uisibilẽ et passibilẽ factum
Quantũ aũt spectat ad illã deitatis imortalẽ substan/
tiam quæ una et eadẽq; cũ patre ẽ: ibi neq; pater neq;
filius neq; spũssanctus uisibilis aut passibilis creditur
Scd̃m dignationẽ uero carnis assumptæ filius est pas
Bar. 31 sus i carne. Quod & p̃pheta p̃dixerat ubi ait. Hic deꝰ
noster nõ reputabit̃ alter ad eũ: q̃ inuenit omnẽ uiaꝫ
disciplinæ: & dedit eaꝫ iacob puero suo: & israel dile
cto suo: post hæc in terris uisus est: & inter hoies con/
uersatus est. Sequit̃ post hoc. Et in iesum xp̃m unicuꝫ
filium eius dñm nostrũ. Iesus hebræi uocabuli nomẽ
quod apud nos saluator dicit̃. Xp̃us a crismate: id est
ab unctione appellat̃. Legimus em̃ in libris Moysi q̃
Auses Nauæ filius cũ electus esset dux populi cõmu/
tato noie de Ause iesus cognominatus sit quo scilicet
ostenderet̃ hoc esse nomẽ: qd̃ principibus & ducibus
cõueniret: his dũtaxat q̃ saluteꝫ sequẽtibus se populis
darent. Itaq; & ille iesus appellatus est q̃ eductum de
terra ægypti ppl̃m: & de erroribus heremi liberatum
in terrã repromissionis induxit. Et hic iesus q̃ populũ
de ignorãtiæ tenebris eductum: & de mũdi erroribus
euocatũ introduxit ad regna cœloꝝ. Christus quoq;
uel põtificale uel regiũ nomẽ ẽ. Nã prius & põtifices
unguẽto crismatis cõsecrabant̃ & reges. Sed illi quelu
ti mortales & corruptibiles ungebant̃: hic uero san/
cto spũ punctus xp̃s efficit̃: sicut scriptura de eo dicit.
Quẽ unxit pater spũssancto misso de cœlis. Et Esaias
p̃figurauerat dicens ex p̃sona filii. Spũs dñi sup me p
pter qd̃ unxit me: euangelizare me misit pauperibus.
Hh Quia ergo ostẽdimus quid sit iesus qui populum sal/
uet: & qd̃ sit xp̃s q̃ põtifex factus sit in æternum: nunc
ex cõsequẽtibus de quo dicant̃ ista uideamus. Vnicũ
filium inqt eius dñm nostrũ. Post hoc docet nos quia
iesus iste de quo diximus: & xp̃us de quo exposuimus
unicus filiꝰ dei & noster dñs est: ne forte humana pu
tes ista uocabula terrenũ te aliqd doceãt: ideo subiun
git. Vnicũ hũc esse filiũ dei dñm nostrũ. Vnus em̃ de
uno nascit̃: qa & splẽdor unius est lucis: & unum est
uerbũ cordis: nec in numerũ pluralẽ defluit incorpo
rea generatio: nec in diuisionẽ cadit: ubi q̃ nascit̃ ne/
quaq̃ a generãte separat̃. Vnicus est ut menti sensus:
ut cordi uerbũ: ut forti uirtus: ut sapiẽtia sapiẽti. Nam 1. Cor.
sicut solus sapiens pater ab ap̃lo dicit̃: ita & solus fi/
lius sapiẽtia nominat̃. Vnicus ergo filius est: & cũ sit
gloria sempiternitate uirtute regno potestate hoc qd̃
pater est oĩa tñ hæc nõ sine auctore sicut pater sꝫ ex pa
tre tanq̃ filius habet: cũq; sit ip̃e oĩm caput: ipsius ta/
men caput pater est. Sic em̃ scriptũ est. Quia caput xp̃i 1. Cor.
deus est. Filium sane cũ audis nolo generationẽ car/
nalis natiuitatis assumas: sed memẽto hoc de ĩcorpo/
rea dici substãtia & naturæ simplicis. Si em̃ (ut supra
iam diximus) uel in eo qd̃ cor generat uerbũ: uel mẽs
seusum uel lux ex se parit splẽdorẽ: nihil hoꝝ requiri/
tur: nec ulla in tali generatõe fragilitas cogitat̃ quã/
to purius & sacratius de hoꝝ oĩm creatore cẽsendum Eph.
est? Sed fortasse dicas ista quã memoras insubstãtiua
est gñatio: neq; em̃ lux substãtiuũ facit splendorẽ: aut
cor substantiuum generat uerbũ. Filius aũt dei subst̃ã
tialiter asserit̃ generatus. Ad hoc primo oĩm illud di
cimus cũ etiã in cæteris p̃ferant̃ exempla: non p om/
nia tñ similitudinem seruare possunt rei illius cui præ
bere putant̃ exemplum: sed unius alicuius partis pro
qua uident̃ assumpta: similitudinẽ tenẽt. Verbi gratia
Vt cũ in euãgelio dicit̃. Simile est regnum cœlorum Mat.
fermẽto qd̃ abscondit mulier in farinæ mensuris tri/
bus. Nunqd nã putabimus regnũ cœloꝝ p omnia si/
mile esse fermẽto: ut substãtia illa ita palpabilis sit ac
fragilis: ut & acida fieri possit & corrupta. Sed ad hoc si
solum exẽplum istud uidet̃ assumi: ut ostenderet̃ ex
parua p̃dicatiõe uerbi dei humanas mentes fidei fer/
mẽto posse coalescere. Similiter & cum dicit̃. Simile Mat.
est regnum cœlorũ rheti misso in mare: quod ex om/
ni genere piscium abstrahit. Et in hoc nunquid putã/ Esa. 7.
dum est q̃ naturæ lini: quo rhete operamur: ac nodis
quibus maculæ nectunt̃ regni cœloꝝ substantia per
oĩa conferat̃. Sed ad hoc solũ uidet̃ assumpta cõpara
tio: ut ostẽderet̃ qa sicut rhete de p̃fundo maris pisces Eze. 4
adducit ad littus: ita de p̃fundo sæculi huiꝰ errore hu
manæ aĩæ regni cœloꝝ p̃dicatõe liberant̃. Ex quibus
cõstat exempla nõ in oĩbus his quorum exẽpla sũt eẽ
similia. Alioqn si eadem essent oĩa: iam nõ exempla
dicerent̃: sed ip̃æ potius res de quibus agit̃ uiderent̃.
Deinde etiam illud dicendum est q̃ nulla creatura ta
lis esse potest qualis creator eius: & ideo sicut sine exẽ
plo est diuina substantia: ita & sine exemplo est diui/
nitas. Tum etiã illud addimus. Quia omnis creatura

ex nihilo est. Si ergo in substãtiua scintilla quæ ignis est ex se creaturã quæ ex nihilo facta est gignit: & cõditionẽ in hoc seruat originis suæ cur illius æternæ lucis substãtia: quæ semp fuit quia in substãtiuũ in se nihil habuit in substantiuũ ex se splendorẽ pferre nõ potuit Et ideo recte unicus dicit filius. Vnicus em̃ ei sol9 est qui ita natus ẽ nec cõparationẽ aliquã põt habere qd unicum est: nec similitudinẽ in substãtia cum facturis suis habere potest ille qui factor est omniũ. Hic ẽ ergo Christus Iesus unicus filius dei qui est dñs noster. Vnicus & ad filium referri & ad dñm potest. Vnicus ẽ em̃ uere filius: & unus dñs Iesus christus. Cæteri quippe filii licet filii dicant: adoptionis tñ gratia dicũtur non ueritate naturæ. Et si dicunt alii dñi cõcessa tamẽ non ingenita potestate dicunt. Hic uero solus est unicus filius: & solus unicus dñs: sicut & apostol9 ait. Et unus dñs Iesus christus: per quẽ omnia. Ideo postea q̃ p̃po/situs ordo fidei ineffabile sacramẽtũ filii de natiuitate patris exposuit nũc ad humanæ salutis dignationẽ disputationẽq; descẽdit. E hunc quẽ supra dixit unicum filium dei: & dñm nostrũ nunc dicit. Qui natus est de spiritusancto ex maria uirgine. Hæc ia3 inter homines disputationis natiuitas est illa diuinæ substantiæ. hæc dignationis est: illa naturæ. De spiritusancto ex uirgine nascit: & iam in hoc loco mundior auditus req̃rit & purior sensus. Hunc em̃ quem dudũ de patre natu3 ineffabiliter didicisti: a spiritusancto templũ fabricatum intra secreta uteri uirginalis ẽtellige & sicut in sanctificatiõe sancti spiritus nulla sentiẽda est fragilitas: ita & in partu uirginis nulla intelligẽda est corruptio Nouus em̃ huic sæculo datus est hic partus: nec ẽmerito. Qui em̃ in cœlis unicus filius est: cõsequenter & in terra unicus est: & unice nascit. Nota sunt omnibus & in euangeliis decantata de hoc scripta prophetarum quæ dicunt: q̃p uirgo cõcipiet & pariet filiũ. Sed & partus ipsius mirabilẽ modum Ezechiel ꝓpheta ante formauerat. Mariam figuraliter portam dñi nominãs: p quã scilicet dñs ingressus ẽ mũdũ Dicit ergo hoc modo. Porta autẽ quæ respicit ad orientẽ clausa erit: nõ aperiet & nemo transibit per eam q̃m dñs deus israel transibit per eam: & clausa erit. Quid tam euidens de consecratione uirginis dici poterat. Clausa fuit in ea uirginittias porta per ipsam ẽtrauit dñs deus israel per ipam in hunc mũdũ de utero uirginis ꝓcessit & ẽ æternum porta uirginis clausa seruata uirginitate permãsit. Igitur sanctusspiritus refert dñicæ carnis: & templi eius creator. Incipe iam hinc ẽtelligere etiã spirituſſanctimaiestatẽ. Contestat em̃ & euãgelic9 sermo de ipo

Quod cum loquenti angelo ad uirginẽ & dicenti: qa paries filium: & uocabis nomen eius Iesum. Hic enim saluum faciet populũ a peccatis suis. Illa respondisset Quomodo fiet istud quoniã uirum nõ cognosco dixit angelus ei. Spiritusanctus ueniet super te: & uirtus altissimi obũbrabit tibi: & ideo quod nascet ex te sanctũ uocabit filius dei. Vide ergo cooperãtẽ sibi inuicẽ trinitatẽ. Spiritusanctus uenire dicit super uirginẽ & uirtus altissimi obũbrare ei. Quæ est autem uirtus altissimi nisi ipse Christus qui est dei uirtus & dei sapientia. Cuius autem hæc uirtus est. Altissimi inquit. Adest ergo altissim9 adest & uirtus altissimi obũbrare ei. Quæ est aũt uirtus altissimi nisi ipse Christus qui est dei uirtus & sapientia? Cuius autem hæc uirtus est? Altissimi inquit. Adest ergo altissimus: adest & uirtus altissimi: adest & spiritusanctus. Hæc est trinitas ubiq; latens & ubiq; apparens uocabulis personisq; discreta: inseparabilis uero substantia deitatis: & q̃uis solus filius nascatur ex uirgine adest tamen & altissimus: adest & spiritusanctus ut & conceptus uirginis sanctificet & partus. Verum hæc quia ex scripturis ꝓpheticis asserũtur possunt fortasse iudæos q̃uis sint infideles & incredu li confutare. Sed pagani solent irridere nos cum audiunt prædicari a nobis uirginis partum: ꝓpter quod paucis & eorũ obtrectatiõibus respondendũ est. Omnis partus ex tribus ut opinor constat: si adultæ ætatis sit fœmina: si uirum adeat: si non sit illius uulua uitio sterilitatis occlusa. Ex his tribus in hoc partu quẽ prædicamus unum defuit: Vir scilicet & hãc partem (quia qui nascebat nõ erat terrenus homo sed cœlestis) per spiritum cœlestem dicimus salua uirginis ĩcorruptione completam. Et tamen quid miru3 uidetur: si uirgo conceperit cum orientis auem quem phœnicẽ uocãt: intantum sine coniuge nasci uel renasci cõstet: ut semper una sit & semper sibi ipsa nascendo uel renascendo succedat? Apes certe nescire coniugia: nec fœt9 nixibus edere omnibus palam est. Sed & alia nonnulla deprehendũtur uti huiuscemodi sorte nascendi. Hoc ergo incredibile uidebit diuina uirtute ad toti9 mũdi reintegrationẽ factũ cuius exempla etiã in animaliũ natiuitate cernuntur. Et tamen miranduz est cur hoc gentilibus impossibile uideatur: qui credunt Minerua suam de cerebro Iouis natam. Quid ad credendum difficilius: aut qd magis contra naturã ẽ. Hic fœmina ẽ: hic naturæ ordo seruat: hic cõceptus & partus temporibus suis editur: ibi nunq̃ fœmineus sexus: sed uir sol9 & partus. Qui illa credit: cur ista miretur. Sed & Liberũ dicunt de femore eius natũ. Ecce aliud por

Luce. 1.

Ll

Ouidius

Li. 3.

Ouidius meth. Li. 4. Ouidius metha. Li. 6. Ouidius Li. 7. Ouidius Li. 1.

tenti genus: & tamē crediť. Venerē quoq; quā aphroditem uocant de ſpuma maris ſicut & omnis eius cō/poſitio oſtendit credunt eſſe ꝑgenitā. De ouo natum Caſtorē Pollucemq; cōfirmāt. Ex formica myrmido/nes. Et alia mille ſunt quæ q̄uis cōtra naturā rerū ue/nientia: iꝑis tñ ſunt uiſa credibilia. Deucalionis & Pir/rhæ lapides iactos: & hominū ex his ſegetem natā Et cum hæc tot & talia figmenta crediderint: unū eis im/poſſibile uideť: q; adoleſcens fœmina diuinū germē nō hominis uitio ſed deo ſpirante cōceperit Qui utiq; ſi ad credendū difficiles ſunt: illis tot & tam turpibus

Mm

monſtris fidem nequaq; cōmodare debuerant. Si ue/ro faciles ſunt ad credēdū: multo promptius hæc no/ſtra tam honeſta & tam ſancta recipere: q; illa tam in digna & tam fœda credere debuiſſent. Sed dicunt for taſſis: qua poſſibile quidē fuerat deo: ut uirgo cōcipe/ret: poſſibile etiam fuerat ut pareret. Sed indignuꝫ eis uideri: ut tanta illa maieſtas ꝑ genitalis fœminæ trā/ſiret egreſſus. Vbi q̄uis nulla fuerit ex uiri cōmixtione cōtagio: fuit tñ iꝑius præputii obſcœnæ attrectatiōis iniuria. Pro quo pauliſper eis ſcd'm ſenſum ſuū reſpō deamus. Si quis uideat paruulū in ꝑfundo ſceni neca/ri: & ipſe cum ſit uir magnus & potēs extremus (ut ita dixerim) ingrediať ſcenum: ut paruulum liberet mo/rientē: pollutus ne a te accuſab.ť hic uir q̄ paululū cal cauerit luti: an ut miſericors laudabiť q; uitā cōtulerit morituro? Sed hæc etiā de cōmuni homine dicta ſunt Redeamus nunc ad naturā eius qui natus eſt. Quatū putas natura ſolis illo inferior eſt? quantū creatura ſi/ne dubio creatore. intuere nunc ſi ſolis radius in ſceni alicuius uoragine dimittať nūquidnā aliqd inde pol/lutionis acquirit? Aut obſcenoꝝ illuſtratio ſolis diciť in iniuriā? Ignis quoq; quanto nam eſt inferior his de quibus ſermo eſt & nulla materia uel obſcena uel tur/pis adhibita ei: ignem polluiſſe crediť. Cuꝫ hæc ita eē in rebus materialibus cōſtet: tu in illa ſupereminenti & incorporea natura quæ ſup omnē ignē & ſuper om/ne lumen eſt: pollutiōis aliquid putas ac obſcenitatis incidere? Tunc deinde etiā ad illud aduerte. Nos ho/minem a deo creatū de terræ limo dicimus: qd' ſi ob/ſcenitas deo reputatur opus ſuum requirenti: multo magis ei reputabiť opus iſtud ab initio fabricanti. Et ſupfluum eſt dicere: cur per obſcena tranſierit: cū non poſſis dicere: cur obſcena condiderit. Et ideo obſcena hæc eē nō natura ſed obſeruātia docuit. Cæterum oīa quæ ſunt in corpore ex uno eodemq; luto formata uſi/

Nn

bus tm̄ & officiis naturalib9 diſtīguunť. Sed ne illud quidē abſolutione uacare huius q̄ſtionis omittamus: quod ſubſtātia dei quæ oīno ē incorporea iſeri corpo/ribus uel capi uel ab eis principaliter nō pōt niſi alia ſit media ſubſtātia ſpiritalis q̄ capax diuini ſpūs poſſit eſſe. Verbi gratia ut ſi dicamus: lux omnia quidē mē/bra corporis illuſtrare poteſt: a nullo tamen eoꝝ niſi a ſolo oculo capi poteſt. Solus ē em̄ oculus qui capax eſt lucis. Et filius ergo dei, naſciť ex uirgine: nō princi/paliter ſoli carni ſociatus ſed in anima inter carnem deumq; media generatus. Anima ergo media & in ſe creta rationabilis ſpiritus arce uerbū dei capiēte abſq; ulla quā ſuſpicaris iniuria deus eſt nat9 ex uirgine. Et ideo nihil ibi turpe putandū eſt: ubi ſanctificatio ſpūs inerat. Et anima quæ erat dei capax particeps fiebat etiaꝫ carnis. Nihil ibi dicas impoſſibile: ubi aderat uir/tus altiſſimi. Nihil de humana fragilitate cogites: ubi plenitudo inerat diuinitatis. Crucifixus ſub Pōtio Pi/lato & ſepultus deſcendit ad iferna. Docet apoſtolus Paulus illumiatos eſſe debere oculos cordis noſtri ad intelligendū quæ ſit altitudo diuinitatis latitudo & ꝑfundū. Altitudo ergo & latitudo & ꝑfundum deſcri/ptio crucis eſt: cuius eam partem quæ in terra defixa ē profundum appellauit. Altitudinē uero illam quæ in terram porrecta ſublimis erigiť. Latitudinē quoq; il/lam quæ diſtenta quoq; in dexterā leuāq; manus pro/tenditur. Cum ergo tot ſpecies mortis ſint quibus de hac uita exitus dari homibus ſolet: quia uult nos apo/ſtolus illuminato corde ſcire rōnem: cur ex his omni/bus crucis potius ſpecies ad morteꝫ electa ſit Saluato/ris? Vnde ſciendū eſt q; crux iſta triūphus erat. Trium/phi em̄ eſt & inſigne eſt. Trophæū deuicti hoſtis indi/ciū eſt. Quia ergo aduenies Chriſtus ſicut Apoſtolus dicit tria pariter ſibi regna ſubiecit (Hoc em̄ indicat ubi ait. Quia in noīe ieſu omne genu flectať cœleſtiū ter/reſtriū & iſernoꝝ & hæc oīa ſua morte uincebat) Cōue/niēs myſterio mors q̄ſita ē: utī aere ſublimat9 & aeris ſubiugās poteſtates uictoriā diis ſupnis & cœleſtibus traderet. Expāſas aūt manus tota die ſanctus ꝑpheta dicit eū tenere ad ppl'm qui eſt in terra: ut & īcredulos cōteſtareť: & inuitaret credentes. Ea uero parte q̄ ſub terram demergiť: inferna ſibi regna ſubiiceret. Eteniꝫ (ut breuiter aliqua etiam de ſecretioribus perſtringa/mus) ab initio deus cum feciſſet mundum. præfecit ei & præpoſuit quaſdam uirtutum cœleſtiuꝫ poteſtates quibus regereť & diſpenſareť mortaliū genus. Quod ita factum Moyſes indicat in deuteronomii cantico ubi dicit. Cum diuideret excelſus gentes ſtatuit termi/nos gentium ſecundum numerum angeloꝝ dei. Sed & horum nonnulli ſicut & ipſe qui princeps appella/

tus est mundi datam sibi a deo potestatem: nō his qui
bus acceperāt legibus temperarūt: nec humanū genꝰ
diuinis obedire: sed suis parere præuaricationibus do
cuerūt. Et hinc aduersus nos pc̄tōꝝ cyrographa scri/
Esa.53. pta sunt: quia ut ꝓpheta dicit. Peccatis nostris uenun
dati sumus. Præcium nanq; animæ suæ unusquisq; cō
Co sequit̄: cum cōcupiscentiæ satisfecerit. Per istud ergo
unusquisq; cyrographū ab illis rectoribus pessimis te/
nebat̄: quod Christus detraxit aduenies & hac eos po
testate denudauit. Idq; sub ingenti mysterio Paulꝰ in
Col. dicat cum dicit deo eo. Delens qd̄ aduersus nos erat
cyrographū: & affigens illud cruci suæ: tradidit prin/
cipatus & potestates triūphās: eos in semetip̄os recto
res. Ergo illi quos humano generi p̄fecerat deus: ī ty/
rānidis cōtumaciā uersi: impugnare cōmissos sibi ho
mines aggressi sunt: & peccati prœliis debellare: sicut
Ephe.1. Ezechiel ꝓpheta mysticis designat eloquiis: cuꝫ dicit
In illa die ꝓcedēt angeli festinātes exterminare æthio
piā eritq; inter eos pturbatio in die ægypti: quoniam
rectitudo uenit. Ergo omnipotētia eoꝝ nudata xp̄s di
cit triumphasse: ablatāq; ab eis potestatē hominibus
tradidisse: sicut ad discipulos suos dicit ipse in euāge/
Luc.10. lio. Ecce dedi uobis potestatē calcādi sup serpentes &
scorpiones & omnē uirtutē inimici. Illos itaq; q acce/
pta potestate male abusi sunt: subiectis quondam suis
subiecit crux xp̄i. Nos uero hoc ē humanuꝫ genus edo
cet primo omniū usq; ad mortē resistere aduersus pec
catū: & libenter interītū ꝑ pietate suscipere. Tunc de/
inde obedientiæ nobis in hac eadē cruce ꝓponit exem
plū: sicut in illis q aliquādo rectores nostri fuerāt po/
Phil.2. suit cōtumaciæ pœnas. Audi ergo quomō apostolus
ualt ꝑ crucē xp̄i obedientiā nos docere. Hoc ingt sen/
Phil.2. tite ī uobis quod in xp̄o Iesu: q cū in forma dei eēt nō
rapinā arbitratus est esse se æqualē deo sed semetip̄m
exinaniuit formā serui accipiēs: in similitudinē homi
num factus: & habitu repertus ut homo factus est obe
diens usq; ad mortē: mortem autē crucis. Quia ergo il
ps.65. le magnus magister ē qui fecerit & docuerit: ideo quæ
prius etiā suscepta morte seruāda docuit ipse hæc pri/
mus moriēdo seruauit. Sed fortasse terret̄ aliqs in hu/
iuscemodi doctrina: quod quem paulo ante cum deo
patre diximꝰ sempiternū ac de eius substātia esse ꝓge/
nitū: quēq; regno maiestate: æternitate unum cū deo
patre eē docuimus nunc de eius morte tractamus. Sꝫ
nolo terrearis o fidelis auditor. Paulo post istū quem
audis mortuū rursum ímortalē uidebis. Mors em̄ ab
eo mortem spoliatura suscipit̄. Nam sacramētū illud
Deut.32. susceptæ carnis qd̄ supra exposuimꝰ hāc habet cāꝫ ut
diuina filii dei uirtꝰ uelut hamus quidā habitu huma
næ carnis obiectus. Et sicut apostolus Paulus ante di
xit habitu inuentus ut homo: principē mundi inuita/ Vbi supra
re posset ad agonem: cui ip̄e carnē suā uelut escam tra/
dens hamo diuinitatis intrinsecus teneret̄ inserto. Et
ꝑfusiōe imaculati sanguis (Solus est em̄ q peccati ma
culā nescit) omniū peccata deleret eorū dumtaxat: q̄
sanguine eius postes fidei suæ signassent. Sicut ergo PP
hamum esca cōtectū si piscis rapiat: nō modo escā ab
hamo nō remouet: sed & ipse de ꝓfundo esca futurus
educit̄. Ita & is qui habebat mortis imperiū: rapuit q/
dem in morte corpus Iesu: nō sentiens in eo hamū di/
uinitatis inclusum. Sed ubi deuorauit hæsit ipse conti
nuo: & diruptis inferni claustris uelut de ꝓfundo ex/
tractus trahit: ut esca cæteris fiat. Quod ita futurū sub
hac eadem figura Ezechiel dudum ꝓpheta significa/
uerat: dicens. Et extraham tā in hamo meo & extende Eze.32.
te sup terrā. Campi implebunt̄ de te: & cōstituā super
te omnes uolucres cœli: & saturabo exte oēs bestias ps.73.
terræ. Sed & ꝓpheta Dauid dicit: Dedit eum in escam
populis æthiopū Et Iob de eodē mysterio similiter ꝓ/ Iob.40
testat̄ ait enim ex persona dñi loquentis ad se Aut ad
ducis draconem in hamo: aut ponis capistrū circa na
res eius: Non ergo damno aliquo aut iniuria diuinita
tis xp̄s in carne patitur: sed ut per infirmatatē carnis
operaret̄ salutē: diuina natura in mortem descendit:
nō ut lege mortaliū mortaliū detineret̄ a morte: sed
ut per sese resurrecturas ianuas mortis aperiret: uelut
si quis rex pargat ad cacerem: & ígressus apiat ianuas
resoluat cathenas: uincula seras & claustra cōminuat
& educat uinctos in remissionē & eos qui sedent in te
nebris & in umbra mortis: luci ac uitæ restituat Dicit̄
ergo rex fuisse quidem in carcere: non tamen ea cōdi/
tione qua fuerant cæteri qui tenebātur in carcere: sed
illi quidem ut pœnas soluerent: hic uero ut absolue/
ret pœnas Cautissime autē qui symbolū tradiderunt:
etiam tēpus quo hæc sub Pontio Pilato gesta sunt de/
signarunt ne ex aliqua parte uelut uaga & incerta ge/
storū traditio uacillaret Sciendum sane est q; in eccle
siæ romanæ symbolo nō habet̄ additum Descēdit ad
inferna: sed neq; in oriētis ecclesiis habetur hic sermo
Vis tamen uerbi eadem uidet̄ esse in eo quod sepultꝰ
dicitur Sed quoniā erga scripturas tibi diuinas amor
& studiū subiacet sine dubio dicis mihi oportere hæc
magis euidentibus diuinæ scripturæ testimoniis ap/
probari: Quanto enim maiora sunt quæ credenda
sunt tanto idoneis magis & indubitatis testibus indi/
gent. Vera quippe est & consequens hæc propositio:

Sed nos tanq̃ sciẽtibus legem loquentes: testimoniorum siluam breuitatis causa derelinquimus. Pauca tamen ex multis etiaz si in hoc requirit adhibeam9 sciẽtes studiosis quibusq; scripturis diuinis latissimũ testimonioꝝ pelagus patere. Primo ergo omniũ sciendu3 est: q; ip̃a ratio crucis nõ omnibus una eademq; ẽ: sed aliud gentibus: aliud iudæis: aliud credentibus sapit.

1.Cor.1. Sicut & apostolus dicit. Nos autẽ xp̃m p̃dicamus crucifixũ: Iudæis quidem scandalũ: gentibus autẽ stulticiã: ipis uocatis iudæis & græcis xp̃m dei uirtutẽ & dei

ubi supra sapientiã. Et alibi Verbum eñ crucis pereuntibus stultitia est. His uero qui salui sunt uirtus dei est. Iudæi autem quibus ex lege traditũ fuerat: xp̃m in æternũ mãsuorũ scãdalũ patiebant de carne eius: qa resurrectionem recipere noluerunt. Gentibus autem stulticia uidebat deum mortẽ suscepisse: quia ignorabãt mysterium carnis assumptæ. Fideles uero q& natũ & passu3

Q q in carne susceperant: & a mortuis resurrexisse: merito uirtutẽ dei credebãt esse: quæ uicerat mortem. Primo ergo hoc ipsum qd iudæi quibus ꝓphetæ hæc prædixerãt nõ essent crediturí: sed illi q nunq̃ hæc a ꝓphetis audierant. Audi quomodo per Esaiã ꝓphetico sermone signat. Quibus nõ est inquit annunciatũ de eo

Esa.52. uidebunt: & qui nõ audierũt intelligẽt. Quod autem his qui meditabant legem dei: a pueritia usq; in senectutẽ non credentibus: ad gentes esset omne mysteriũ

Esa.65. transferendũ: idem Esaias hoc modo p̃dicit. Et faciet inquit dñs deus sabaoth oĩbus gentibus: in mõte isto bibent lætitiã bibent uinum: ungent unguento i mõte isto. Tradet hæc omnia gentibus. Hoc eñ cõsilium omnipotens sup omnes gentes. Sed dicerent fortasse nobis illi q se iactant in scientia legis Blasphematis: qui dicitis dñm corruptioni morti & passiõi crucis fuisse subiectũ. Legite ergo qd scriptum habetis in lamẽ

Treñ.4. tatiõibus Hieremiæ ubi dicit. Spiritus uult9 nostri xp̃s dñs cõpræhẽsus est in corruptionibus nostris: in quo diximus. Sub umbra eius uiuimus in gentibus. Audis quomodo ꝓpheta Christũ dñm cõpræhẽsum esse dicit & pro nobis: id est ꝓ peccatis nostris corruptiõi traditum: in cuius umbra (qm̃ ꝓp̃s ille iudæorũ pmãsit in credulus) gentilẽ subiectũ esse dicit quia uiuimus nõ in israel: sed in gentibus. Quod si operosum nõ uidetur: q̃ possumus breuiter singula q̃ in euãgeliis referũtur: qualiter in ꝓphetis p̃dicta sint designem9: ut hi q prima fidei elementa suscipiunt testimonia hæc habeant in corde descripta ne ulla eis unq̃ de his quæ credunt: ambiguitas inímica surripiat. Edocemur p euãgeliũ: q; iudas unus de amicis & cõuiuis xp̃i tradiderit

Mat.26. eum. Audi hoc quomodo p̃nunciet in psalmis: Qui manducat inquit panes meos ampliauit aduersũ me supplantationem. Et alibi. Amici inquit mei & ꝓximi mei aduersum me appropinquauerũt & steterunt. Molliti sunt sermones sup oleum. Et ipsi erant iacula Vis uidere quomodo molliti sunt? Venit inquit Iudas ad Iesum: & dixit ei: Aue rabi: & osculatus est eu3. Per molle igitur osculi blandimentũ execrabile iaculũ ꝓditionis infixit. Inde dũs ad eum dicit: Iuda osculo filium hominis tradis triginta argenteis? Audis supplãtionẽ eius amppliatãesse cupidine ꝓditionis? Audi & de hoc ꝓpheticã uocẽ. Et dixit inquit ad eos: Si bonum est in cõspectu uestro date mercedẽ meã: aut abnuite. Et post hæc. Et accepi inquit triginta argenteos & misi eos in domũ dñi in cõflatorium. Nõne hoc est quod i euãgeliis scribit. Quia Iudas pœnitẽtia ductꝰ reportauit pecuniã: & ꝓiecit in templo: & discessit. Bene autem mercedem suã dicit: uelut imputantis & exprobrantis effectu. etẽ tam multa bona opera apud eos egerat: cæcos eorũ illuminauerat: claudis pedes: paralyticis græssum: mortuis quoq; reddiderat uitam Pro his igitur omnibus bonis mercedẽ eius restituunt mortem triginta argenteorũ æstimatione pensatã referunt. Refertur item in euãgeliis: q; uinctus est: prædixit hoc sermo ꝓpheticus per Esaiam: dicẽs: Vhe animæ eorũ qui cogitauerunt cogitationẽ pessimã aduersum semetipos: dicentes: Alligemus iustũ quia inutilis est nobis: Sed dicit aliqs: Nunquid hæc de dño intelligenda sunt? Nũquid dñs ab hominibus teneri poterat: & ad iudiciũ ꝓtrahi? Et de hoc te idẽ ꝓpheta cõuincet: Dicit enim his uerbis ipse: Dñs in iudicium uenit cum senioribus & principibus populi: iudicat ergo dñs scd'm ꝓphetæ testimoniũ: & nõ solũ iudicatur sed etiam flagellis cædit: & palmis in faciem uerberatur: & cõspuit: & omne ꝓ nobis pfert obprobriũ indignitatis: et quia hæc stupescẽda erant oĩbus cũ prædicarent ab apostolis iccirco etiam ex persona ipsorum ꝓpheta exclamat & dicit: Dñe qs credit auditui nostro incredibile eñ est: ut deus dei filius passus ista dicatur & prædicet: ergo & prædicunt ꝓ ꝓphetas: ne qua crediturís dubitatio nasceret: ipse ergo ex sua psona xp̃s dñs dicit: Dorsum meum dedi ad flagella & maxillas meas ad palmas: & faciẽ nõ auerti a cõfusione sputorum: Scribitur etiam illud inter cæteras eius passiones q; alligantes eum duxerunt ad Pilatum: Præsignauit etiam hoc propheta: ubi dicit: et alligantes adduxerunt eum exenium regi larim: nisi si obiiciat aliquis & dicat. Sed Pilatus non erat rex. Audi ergo quid in cõ-

sequentibus refert euangeliū. Audiens inquit Pilatus eum esse de Galylea: misit eum ad Herodem: qui erat tunc rex in israel. Et bene addit nomen larim quod ē silvester Non enim erat Herodes de domo israel: nec de illa vinea israelitica quā eduxerat dñs de egypto & plantaverat in cornu in loco uberi: sed erat silvester: id est ex silua alienigenarū: & ideo recte silvester ē appellatus quia de israeliticæ uitis nequaq̄ palmitibus pullulasset. Sed ad hoc qd̄ dicit ꝓpheta exenium: cō/ venienter aptauit. Tunc em̄ Herodes & Pilatus (ut euā geliū testat̄) ex inimicis in concordiā revocati sunt: & velut recōciliatiōis suæ exenium: iustū subiinicē mit/ tebant iesum. Quid interest dūmodo ie sus ut saluator dissidentes reconciliet: & pacem reparet: ac etiam cō/ cordiā reddat? Vnde etiam de hoc scriptum est in iob. Dominus recōciliat corda principū terræ. Refert̄ itē q̄ cum Pilatus vellet eū dimittere: ois populus succla mauerit: Crucifige crucifige eū. Prænūciat hoc quoq̄ Hieremias propheta: dicēs ex persona dñi ipsius: Fa/ cta est inquit hæreditas mea mihi sicut leo in silua de/ dit super me uocem suam propterea exosus sum eam: & propterea inquit dereliqui domum meā: Et iterum alibi dicit: Supra quem aperuistis os uestrū: & aduer/ sus quem relaxastis linguas uestras. Cum iudicaretur scribit̄ tacuisse. Multæ de hoc scripturæ testāt̄. in psal/ mista dicitur. Factus sum sicut homo non audiens & non habens in ore suo increpationes. Et iterum: Ego tanq̄ surdus nō audiebam & sicut mutus non aperiēs os suum. Et iterū alius ꝓpheta dicit: Sicut agnus corā tondente se: sic non aperuit os suum in humilitate: iu dicium eius sublatum est. imposita ei scribit̄ corona spinea. Audi de hoc in canticis canticoꝝ: Super iniq/ tatem Hierusalem mirantis de iniuria filii dei patris uo cem: & dicentis: Exite & uidete filiæ Hierusalem coro/ nam qua coronavit eū mater sua. Sed & de spinis ita alius ꝓpheta cōmemorat: Et expectavi ut faceret uuā: fecit autem spinas & non iusticiā sed clamorem. Verū tamen & mysterii secreta cognoscas. Oportebat eum qui peccata mundi venit auferre: etiam terræ maledi/ cta purgare: quæ peccante prothoplasto sententia p̄/ varicationis acceperat dicēte domino: Maledicta ter/ ra in operibus suis: spinas & tribulos ꝓducet tibi. Pro pterea ergo spinis coronat̄ iesus ut prima illa cōdēna tionis sententia solveret̄. Ad crucem ducitur: & in li/ gno totius mundi uita suspendit̄. Vis ergo de hoc pro pheticis testimoniis cōfirmari? Audi Hieremiā dicentē de hoc: Venite & iniiciamus lignū in panē eius: & cō teramꝰ eū de terra viventiū: Et iterū Moyses ut deflēs eos dicit: Et erit uita suspensa ante oculos tuos: & ti/ mebis p diem & noctem: & nō credes uitæ tuæ. Sꝫ trā scurrendum nobis est. iam em̄ ꝓpositæ brevitatis mo dum excedimus: & breviatū sermonē longa dissertiōe distendimus: Pauca tamen addemus: ne penitus qd̄ cœpimus præteriisse videamur. Scribit̄ iesus in latere percussus: aquā simul & sanguinem ꝓfudisse. Hoc qp pe mysticū est. ipse em̄ dixerat: Quia flumina de uētre eius ꝓcedent aquæ viuæ: sed ꝓduxit & sanguinē quez petierunt iudæi venire super se & sup filios suos: Pro/ duxit igitur aquam quæ credentes diluat: produxit & sanguinem: qui cōdēnet incredulos. Potest tamē etiā intelligi illud quod duplicem gratiā baptismi figura/ verit: Vnam quæ datur per aquam baptismi: aliam q̄ per mysterium ꝓfusionis sanguinis perquirit̄: Vtrūq̄ enim baptismum nominat̄: Quod & si hoc quæris cur non ex alio membro sed ex latere potius ꝓduxisse di/ citur aquam & sanguinem? Videtur mihi per costam mulier indicari: Quia ergo fons peccati & mortis de muliere prima quæ fuit primi Adam costa processit: fons redemptionis ac uitæ de secundi Adam costa: producitur: Scriptū est q̄ in passione eius ab hora sexta usq̄ ad horam nonam tenebræ factæ sunt: Accipe & de hoc prophetæ testimonium dicentis: Occidet tibi sol meridiæ. Et iterū Zacharias propheta: In illa inqt die non erit lux: & frigus & pruina in uno die: & dies ille notus dño: & neq̄ dies neq̄ nox: & ad vesperā erit lux. Quid tam evidēs a propheta dici poterat? Vt iam tum hæc non tam futura prædici q̄ narrari p̄terita vi/ deant̄: & frigus & priuinā prædixit. Propterea em̄ Pe trus calefaciebat se ad ignem: quia frigus erat: & pa/ tiebatur frigus non temporis sed fidei. Addit etiam & dies illa nota domino: & neq̄ dies neq̄ nox. Quid ē neq̄ dies neq̄ nox? nonne aperte de insertis diei tene bris: & revocata rursum luce differit. Non fuit illa dies: neq̄ enim incepit ab ortu solis. Neq̄ integra nox fuit: non enim peracto diei cursu spatia sibi debita: vel ab initio suscepit: vel ad ultimum determinata p/ duxit: sed fugata per impioꝝ facinus lux reparatur ad vesperam: Post horam enim nonaꝫ depulsis tenebris sol redditur mundo. Et iterum alius de hoc ipso testi/ moniū dicit: & obscurabitur super terram lux. Docet euangelii prædicatio q̄ etiam milites diviserūt sibi ve stimenta Iesu: & super tunicam eius miserunt sortem. Hoc etiam curæ fuit spiritusancto prophetarū vocib9 protestari cum dicit: Diviserūt sibi vestimenta sua: & super vestem meam miserunt sortem. Sed ne de illa quidem veste quaꝫ dicunt milites illudentes induisse

Deut.28. Mat.27. Tt Am.8. Zah.14 ps.114. ps.21

eum id est de ueste coccinea prophetæ siluerunt. Audi
Esa.63. enim quid dicat Esaias: Quis est hic q uenit de edon
rubor uestimentorũ eius ex bosra? Quare rubicunda
sunt uestimenta tua & indumentũ tuũ tanq̃ in torcu/
lari calcatum: Vnde & ipe respõdit: Torcular calcaui
solus filii syon. Solus est q peccatũ nõ fecit & abstulit
peccata mũdi. Si em̃ potuit p unum hominem mors
introire: quanto magis p unum hominẽ qui deus erat
potuit uita restitui: Referť etiã q; aceto potatus sit: uel
uino myrrhato qd' est amari9 felle. Audi qd de hoc p
ps.68. pheta prædixerat: Et dederunt inquit in escã meã fel:
& in siti mea potauerũt me aceto: Ad quæ respõdens
Deut.32 iam tunc moyses dicebat de populo illo: Ex uineis so
domoꝝ uitis eoꝝ & palmes eoꝝ de gomorris, uua eoꝝ
uua fellis: & botrus amaritudinis ipsius. Et iterũ expro
brans eos dicit: Populus stultus & nõ sapiẽs hæc dño
retribuisti: Sed & in canticis eadem prænũciantur: ubi
Cañ.6. etiam hortus in quo crucifixus est designať. Dicit er/
go: Intraui in hortum meum soror mea: sponsa mea:
& uindemiaui myrrham meam: ubi euidenter uinum
myrrhatu3 quo potatus est declarauit. Et spiritũ post
hæc scribitur reddidisse. Prænũciatum fuerat & hoc p
prophetam dicentem ex persona filii ad patrẽ: In ma/
ps.30. nus tuas cõmendo spiritum meum. Sepultus perhibe
tur & lapis magnus appositus ante hostiũ monumẽti
Accipe etiam de hoc quid propheticus per Hieremia3
sermo prædixerit: Mortificauerunt inquit in lacum ui/
tam meam & posuerunt lapidem super me. Euidẽtissi
ma hæc sepulturæ eius indicia ꝓpheticis uocibus desi
gnata sunt. Accipe tñ & alia. A cõspectu inquit iniqui
tatis ablatus est iustus & in pace est locus eius. Et alibi
Et dabo malignos pro sepultura eius. Et itẽ alius: Re
cubans dormiuit ut leo: & ut catulus leonis: qs susci/
Vy tabit eum: Sed etiam q; in infernum descendit: euidẽ/
ter pronunciatur in psalmis. ubi dicit: Et in puluerem
mortis deduxisti me. Et iterũ: Quæ utilitas in sangui/
ne meo: dum descendero in corruptionem: Et iterum
Descendi in limum profundi & non ẽ substantia. Sed
& Iohãnis dicit: Tu es q uenturus es in infernum sine
1.Pe.3. dubio: an alium expectamus: Vnde & Petrus dicit: qa
Christus mortificatus carne: uiuificatus autem spiritu
qui in ipso habitat: eis q in carcere cõclusi erant descẽ
dit spiritibus ꝓdicare: q increduli fuere in diebus Noe
in quo etiam qd operis in infernũ egerit declarať. Sed
& ipse dominus per prophetam dicit tanq̃ de futuro:
ps.15. Quia non derelinques animam meam in inferno: nec
dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Quod rur
sum prophetice nihilominus ostendit impletum: cũ

dicit: Domine eduxisti animam meã ab inferno salua ps.29
sti me a descendentibus in lacum. Sequitur post hæc.
Tertia die resurrexit a mortuis: Resurrectionis quip/
pe gloria in Christo clarificauit omne quod prius in/
firmum & fragile uidebatur. Sed tibi pauloante non
putabatur esse possibile: usq; ad mortem ueniisse imor ps.3
talem: aspice nunc quia deuicta morte resurrexisse di/
citur: non potest esse mortalis. Sed bonitatem in hoc
intellige creatoris: quia ille eousq; te sequendo descẽ ps.11
dit: usq; quo tu peccando deiectus es. Nec creatorem
omnium deum impossibilitatis accuses: ut tibi putes ps.29
opus eius caduco lapsu potuisse concludi: quo ille sa
lutem operaturus peruenire non posset. Inferna & su
perna nobis dicuntur qui creata corporis circunscri/ ps.84
ptione cõclusi: intra regionis præscriptæ nobis termi
nos continemur. Deo autem qui ubiq; est: & nusq̃ de
est: quid infernum est: aut quid supernum: Verũtamẽ
in assumptione corporis etiam ista cõplentur. Resu/
scitatur caro quæ reposita fuerat in sepulchro: ut ad/
impleretur illud quod dictum est per prophetã: Quia ps. Osee.6
non dabis sanctum tuũ uidere corruptionem. Rediit
ergo uictor a mortuis: inferni spolia secum trahens.
Eduxit enim eos qui tenebanť a morte: sicut & ipse p̃ Io
dixerat: ubi ait: Cum exaltatus fuero: omnia ad meip/ Ioh.
sum traham. Atteststať autem de hoc euãgelium: cum
dicit: Quia monumenta aperta sunt: & multa corpo/ Mat.
ra dormientiũ sanctoꝝ resurrexerunt & apparuerunt
multis: & ingressi sunt in sanctam ciuitatem illam: si/ Esa.31
ne dubio ingressi sunt ciuitatem: de qua apostolus di
cit: Quæ autem sursum est Hierusalem libera est: quæ Gal.
est mater omnium nostrum. Sicut & ad hæbreos iterũ
dicit: Decebat enim eum propter quem omnia: & per Heb.
quem omnia: multos filios in gloriam adducentem:
auctorem: salutem eorum per passiones consumare. Ioh.20.
Igitur cõsumatam passionibus carnem humanã quæ
mortem ceciderat p prothoplasti lapsum: resurrectio/ Ca2.3.
nis uirtute reparatam: in dextera dei sedens in altissi/
mis collocauit: ut & apostolus dicit: Qui simul exci/ Eph.
tauit nos: simulq; sedere fecit in cœlestibus. Hic enim ubi supra
erat figulus: qui ut Hieremias propheta docet: uas de Hie.
manu sua collapsum & confractum: rursum eleuauit Yy
manibus suis: & reformauit: sic placuit in conspectu
eius. Placuit autem ita: ut corpus quod mortale & cor
ruptibile susceperat de sepulchri petra leuatum & im
mortale atq; incorruptibile affectum: iam non in ter/
renis sed ĩ cœlestibus & patris dextera collocaret. Ple
næ sunt his sacramentis scripturæ ueteris testamenti.
Nullus super hoc propheta nullus legislator aut psal

mographus siluit: sed omnis pena sacra de his pagi/ na loquit & ideo supfluum uidetur imorari nos ad cõ greganda testimonia. Pauca tamen & admodũ pauca ponemus: ad ipos fontes diuinoꝝ uoluminũ remittẽ tes eos: q potari abundãtius cupiũt. Dicit ergo statim ps.3. in psalmis Ego dormiui & soporatus sum: & exurrexi quoniã dns suscepit me. Item in alio: Propter miseriã inopum & gemitum pauperum nunc exurgã dicit dns ps.11. Et alibi sicut iam superius diximus: Domine eduxisti de inferno animã meã: saluasti me a descẽdẽtibus in ps.29. lacum. Et in alio loco: Quoniã reuersus uiuificasti me & de abysso terræ iterum reduxisti me. Euidentissime in octuagisimo septimo psalmo de eo dicit: Et factus ps.24. est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Nõ dixit homo: sed sicut homo qui descẽderat in infernũ sed inter mortuos liber erat: quia a morte teneri non poterat Et ideo i uno natura humanæ fragilitatis: in alio diuinæ maiestatis potestas ostendit. Osee aũt p/ pheta etiaꝫ de tertia die manifestissime ꝓnunciat hoc Osee.6. modo: Sanauit inquit nos post biduũ: in die autẽ ter/ tia resurgemus: & uiuemus in cõspectu eius. Hæc autẽ ex persona eorũ dicit: qui cum ipso die tertia resurgẽ/ tes: de morte reuocãtur ad uitã. Et ipsi sunt qui dicũt. Die tertia resurgemus & uiuemus in conspectu eius. Esaias uero apte dicit: Qui eduxit de terra pastorẽ ma gnũ ouiuꝫ. Sed q & mulieres uisuræ essent resurrectio nem eius: scribis & phariseis & populo non credente Esa.32. etiam hoc predicit Esaias bis uerbis. Mulieres quæ ue nitis ad spectaculo uenite. Non enim est populus ha/ bens intellectũ. Sed etiã de illis mulieribus que post resurrectionẽ perrexisse ad sepulchrũ dicũtur: & quæ/ sisse eum & non inuenisse Sicut de Maria magdalenæ quæ refert uenisse ad monumentũ ante lucem: & nõ Ioh.20. inuento eo flens dixisse ad angelos: Quia tulerũt do minũ: & nescio ubi posuerunt est. Etiã de hoc ita pre/ Ca.3. dicitur in cantis canticorũ: In cubili meo quæsiui quẽ dilexit aia mea: In noctibus quesiui eum: & non inue ni. De illis quoꝫ qui inuenerunt & tenuerunt pedes eius: prædicitur in canticis canticorum. Tenebo eum supra Yy & non dimittam eum: quẽ dilexit anima mea: Hæc in terim pauca de multis. Breuitati enĩ studentes: plura coaceruare nonpossumus: Ascendit ad celos sedet ad dexterã patris: Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos: Consequenti breuitate in fine sermonis hæc cõtinentur: i qbus quod dicitur quidẽ palam est: Sed cõsequenter quo sensu intelligi debeãt quæ dicuntur ascendisse: & sedere: & uenturũ esse: nisi secũdũ digni tatẽ diuinitatis intelligas: aliquid per hæc humanæ fragilitatis uidebitur indicari. Consũmatis etenĩ his que in terra gerebãtur: & aia de inferni captiuitate re uocata: ascẽdere memorat ad coloꝝs: sicut propheta prædixerat: Ascendens in altum: captiuã duxit capti/ ps.67. uitatẽ: dedit dona hominibus: illa scilicet dona q Pe/ trus in actibus apostoloruꝫ de sanctospiritu dicebat: Exaltatus igitur in dextera dei effudit hoc donum qd uos uidetis & auditis: Donum ergo spiritussancti de/ dit hominibus quia captiuitatẽ quã prius diabolus p peccatum deduxerat in infernũ: xps per mortis suæ re/ surrectionẽ reuocauit ad cœlos: Ascẽdit ergo ad cœ/ los: nõ ubi uerbum deus ante nõ fuerat: quippe q erat semper i cœlis: & manebat i patre: sed ubi uerbum ca ro factum ãte nõ fuerat: Deniq; quia nouus iste ingres sus portarum cœli ædituis & principibus uidebat ui/ dentes naturam carnis secreta cœloꝝ penetrãtem di cut adiuicem: sicut Dauid plen9 spiritusancto denun ciat: dicens: Tollite portas principes uestras & eleua/ ps.23. mini portæ æternales & introibit rex gloriæ: Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens dns potẽs in prœlio Quæ uox utiq; non propter diuinitatis poten tiam sꝫ propter nouitatem carnis ascendentis ad dei dexteram ferebat Dicit & alibi idem Dauid Ascẽdit deus in iubilatione & dominus in uoce tubæ In uoce ps.46. etenim tubæ mos est uictorẽ redire de prœlio De ipo quoq; & illud dicitur Qui ædificat in cœlo ascensio/ Am.9. nem suã. Et item alibi Qui ascẽdit super cherubin uo/ ps.18. lauit super pẽnas uentoꝝ Sedere quoq; ad dexteram patris carnis assumptæ mysteriũ est Neq; enim incor/ Zz porali naturæ conuenienter ista absq; assumptiõe car nis aptantur neq; sedis cœlestis perfectio diuinæ na/ turæ sed humanæ conquiritur Vnde & dicitur de eo Parata est sedes tua deus ex tunc a sæculo tu es Parata ps.92. igitur a sæculo sedes est in qua dominus Iesus sessurus erat in cui9 nomine omne genu flectatur cœlestiũ ter restrium & infernorum & omnis lingua confiteatur ei quia dominus iesus est in gloria dei patris De quo & Dauid ita refert Dixit domin9 dño meo: sede a dex ps.109. tris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pe dum tuoꝝ Que tamen dicta dominus in euangelio differens dicebat ad pharisæos Si ergo Dauid in spiri Mat.22. tu dominũ uocat eum: quomodo filius eius est p qd ostendit se secũdum spirituꝫ dominũ secundũ carnẽ filium esse Dauid Vnde et ipse dominus iterum dicit Verũtñ dico vobis. Ammodo videbitis filium homi/ Mat.26 nis sedentem ad dexteram virtutis dei. Et Petrus apo stolus dicit de Christo: Qui est in dextera dei sedens 1.Pe.2. in cœlis. Sed et ad paulns ad Ephesios scribens Eph.3.

Sed operationem inquit potentiæ uirtutis eius:quam operatus est in xp̃o ſuſcitans eũ a mortuis:& ſedere faciens in dextera ſua. Quod autẽ ueniat iudicaturus uiuos & mortuos:multis qdem diuitiarũ ſcripturarum teſtimoniis edocemur. Sed priuſq̃ ꝓpheticis hæc eloquiis p̃dicta doceam9 illud neceſſario arbitror admonendum quod iſta fidei traditio quotidie nos uult de aduentu iudicis eſſe ſollicitos ut actus noſtros ita p̃paremus:tanq̃ reddituri iminẽti iudici rationẽ. Hoc eñ
ps.111. erat qd' & ꝓpheta dicebat de uiro beato: Quia diſponit ſermones ſuos in iudicio. Quod autẽ dicit' iudicare uiuos & mortuos nõ ideo dicitur q̃ alii uiui alii mortui ad iudiciũ ueniant: ſed q̃ animas ſimul iudicabit & corpora:in quibus uiuos animas mortuos corpora nominauit. Sicut & ipſe dñs loquit' in euãgelio: dicẽs
Mat.10. Nolite timere eos qui poſſunt corpus occidere animæ autẽ nihil poſſunt facere. Sed timete potius eum q̃ poteſt & animam & corpus perdere in gehẽnem. Nunc iam paucis ſi uidet' etiam p ꝓphetas hæc p̃dicta eẽ doceamus Plura autẽ teſtimonia cũ uolueris ipſe tibi de ſcripturaꝝ latitudine congregabis. Dicit ergo Mala/
Mal.3. chias ꝓpheta: Ecce ueniet omnipotens:& qs ſuſtinebit diem aduentus ei9? aut qs ſuſtinebit aſpectum eius quia ipſe egreditur ſicut ignis cõflatorii:& ſicut herba lauãtium:& ſedebit conflans & purgans ſicut argentum & ſicut aurum. Vt autem euidẽtius agnoſcas quis ſit iſte dñs de quo hæc dicunt':audi qd & Daniel pro/
Dañ.7. pheta ꝓnunciet: Videbam inquit in uiſu noctis: & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis ueniẽs uſq̃ quaſi ad uetuſtum dierũ perueniet:& in cõſpectu eius oblatus liber:& ipſi datus eſt principatus & honor & regnum:& omnes populi tribus linguæ ipſi ſeruient: & poteſtas eius poteſtas æterna quæ non p̃teribit: & regnum ei9 nõ corrumpet'. Ex his ergo edocemur nõ ſolum de aduẽtu & de iudicio:ſed & de poteſtate eius & regno:quia poteſtas æterna ſit:& ſine corruptionis
Luce.1. ſine ſit regnum. Sicut & in euangelio dicit': Et regni eius nõ eſt finis. Vnde ualde alienus a fidei eſt qui regnum xp̃i dicit aliquãdo finiendũ. Scire tamen debemus q̃ ſalutarẽ xp̃i aduentũ hunc conatur inimic9 ad decipiendos fideles callida fraude ſimulare & ꝑ filio hominis qui expectat' uentur9 in maieſtate patris ſui filium perditionis in ꝓdigiis & ſignis mendacibus p̃parare ut pro Xp̃o mũdum hunc introducat antichriſtum de quo & dñs in euãgeliis prædixit iudæis:Quia
Ioh.5. ego ueni in nomine patris mei & non recepiſtis me: alius ueniet in nomine ſuo:& ipſum recipietis. Et iterum dicit: Tunc uidebitis abominationem deſolatio/
Mar.13. nis ſtantem in loco ſancto:ſicut dicit Daniel prophe Dañ.
